871
A195.Yw

UNIVERSITY LIBRARY
UNIVERSITY OF ILLINOIS AT URBANA-CHAMPAIGN

The person charging this material is responsible for its renewal or return to the library on or before the due date. The minimum fee for a lost item is **$125.00, $300.00** for bound journals.

Theft, mutilation, and underlining of books are reasons for disciplinary action and may result in dismissal from the University. *Please note: self-stick notes may result in torn pages and lift some inks.*

Renew via the Telephone Center at 217-333-8400, 846-262-1510 (toll-free) or circlib@uiuc.edu.
Renew online by choosing the **My Account** option at:
http://www.library.uiuc.edu/catalog/

IRRC - New York

CLASSICS

UNIVERSITY OF
ILLINOIS LIBRARY
AT URBANA-CHAMPAIGN
CLASSICS

Digitized by the Internet Archive
in 2013

http://archive.org/details/sambrosiusquosauwilb

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS.

S. Ambrosius quos auctores quaeque exemplaria in epistulis componendis secutus sit.

Commentatio philologica

quam consensu et auctoritate amplissimi philosophorum physicorumque ordinis in alma litterarum universitate Guilelmia Guestfala Monasteriensi ad summos in philosophia honores rite consequendos

scripsit

Guilelmus Wilbrand
Guestfalus.

Monasterii Guestfalorum.
E typographeo Aschendorffiano.
1909.

Consensu et auctoritate ordinis philosophorum commentationem typis expressam esse testatur

Guilelmus Kroll,
Ordinis philosophorum h. a. decanus.

De hac commentatione ad ordinem rettulit
P. Sonnenburg.

4 Mu 11

Memoriae

R. D. E. Bierbaum

Sacrum.

p 29092

Index.

pag.

Praefatio VII

1. De Philone 1

2. De Iosepho Flavio 21

3. De Origene 30

4. De onomastico quo usus est Ambrosius 38

5. De Ambrosio scriptorum et poetarum ethnicorum imitatore . . . 42

   a. De Sallustio 42

   b. De Cicerone 44

   c. De Vergilio 45

Praefatio.

Ambrosius Mediolanensis episcopus iis adnumerandus est viris, qui exeunte saeculo quarto „in optimis orbi terrae noti erant“ [1]). In quo quanta fuerit cum in ecclesia catholica tum in imperio Romano auctoritas, praecipue ex epistulis elucet. Quae cum ita sint, viros doctos adhuc Ambrosii epistulas adeo neglexisse, ut ne ediderint quidem ad optimorum codicum fidem epistulas, sane aegre ferimus. Plurimum studii Maurini qui vocantur editores in epistulis posuerunt, qui 91 quas habemus epistulas in duas classes distribuerunt atque priori assignaverunt eas quarum aetatis notam se repperisse putabant (Ep. 1—63), alteri eas in quibus temporis significatio non esse iis videbatur (Ep. 64—91). Nuper Ihmius in commentatione cui est titulus „studia Ambrosiana“ [2]) fusius de ordine epistularum disputavit, qui vir de studiis Ambrosianis optime meritus demonstravit numerum epistularum quas certis annis tribuere liceat, multo minorem esse. Quibus observationibus Rauschenius [3]) non pauca quae consideratione digna sunt, adiunxit. Sed ut haec de ordine epistularum quaestio solvatur, praeter indicia in ipsis epistulis servata traditio epistularum, quae in libris manuscriptis invenitur, respicienda est. Quod opus suscipiendum erit vel ab iis qui in Corpore scriptorum ecclesiasticorum Vindobonensi epistulas Ambrosianas edituri sunt.

Egomet in conscribenda hac commentatione mihi proposui, ut indagarem, quibus auctoribus Ambrosius usus et qua ratione exemplaria in epistulis scribendis secutus sit. Ambrosii, qui ut Ciceronis verbis utar, erat vir non adeo in studio quam in rebus et usu versatus, cum fere proprium sit, ea quae alii magnae auctoritatis viri conscripserant, sua facere, non mirabimur in epistulis eundem ea quae adhortandi vel docendi causa proponit, e diversis

---

[1]) Augustini Confess. V, 13.

[2]) Studia Ambrosiana. Lipsiae 1889 p. 38 sq.

[3]) Jahrbücher der christl. Kirche. Freiburg 1897 passim.

haurire fontibus, atque hos praecipue auctores Ambrosium in epistulis secutum esse cognoscemus, e Iudaeis Philonem Alexandrinum et Flavium Iosephum, e christianis Origenem, e gentilibus Sallustium, Ciceronem, Vergilium, ita tamen ut ex horum trium operibus imprimis ornamenta orationis peteret.

Quaeres forsitan cur in hac commentatione selegerim Ambrosii epistulas. Atque inquisivi in epistulas primo quidem, quia inter scripta Ambrosiana praecipuum obtinent locum, cognoscitur enim ex ipsis, ut iam diximus, cum huius viri summa auctoritas, tum indoles atque studium litterarum. Accedit quod epistulae de diversissimis sunt argumentis, ita ut magnam re vera habeat utilitatem de epistularum fontibus quaestionem proponere. Denique hac commentatione me editoribus, qui in Corpore scriptorum ecclesiasticorum latinorum epistulas Ambrosii edituri sunt, auxilio fore sperandum est [1]). Eadem ceteroquin ratione ac via de omnibus Ambrosii operibus erit disputandum; ac quae de quattuor orationibus funebribus collegi, data occasione proponam.

[1]) Editae sunt in Corpore scriptorum ecclesiae latinae ab Henrico Schenklio tres partes voluminis XXXII, quod Ambrosii opera continet, scilicet pars 1. 2. 4. Vindobonae 1897 et 1902. Omnia Ambrosii opera complectentur 10 partes epistulis adsignata est vol. XXXII pars 9.

1. De Philone.

De Ambrosio Philonis imitatore bene iudicat Cohnius: „Maxime omnium scriptorum ecclesiasticorum Philonem usurpavit Ambrosius episcopus Mediolanensis, quem in scriptis quibusdam quasi latinum Philonem esse dixeris. Rem inde a Benedictinis congregationis S. Mauri doctissimis Ambrosii editoribus saepe observatam multi obiter tetigerunt, accurata et plena disquisitione adhuc nemo tractavit. Comparationem autem subtilem inter Philonem et Ambrosium institutam utriusque memoriae valde profuturam certo sperandum est, et maxime ni fallor Ambrosii textui; nam multis Ambrosii locis qui nimis obscuri videantur iis qui Philonis ex quo desumpti sunt methodum non satis norunt (ut recte animadverterunt Benedictini) quasi lux affulget e Philone. Nominatim Philonem laudat Ambrosius uno loco (de paradiso 4, 25), interdum eum perstringit ubi explicationem eius impugnat, alibi tacite non tam exscripsit, quam imitatus est; neque enim ita eum compilavit, id quod apud veteres scriptores saepe fieri solebat, ut verba singula singulis redderet, sed ut expositiones eius et sententias quas arripuit et in usum suum convertit ad arbitrium suum et ad doctrinam christianam accommodaret, exemplis e novo Testamento haustis exornaret, praeceptis suis moralibus et asceticis amplificaret“ [1]). Haud paucos locos iam veteres sive Philonis sive Ambrosii editores adscripserunt, plurimos notaverunt Cohnius et Wendlandius in editione Philonis maiore; nihilominus utile erit data opera in Ambrosii epistulas inquirere, praesertim cum viros doctos fugerint non pauci Philonis loci [2]). Qua in re servabo ordinem Maurinorum.

Epistula 2.

Epistula Constantio episcopo ut ex prooemio et § 27 satis constat missa est. Admonetur Constantius, ut munere sacerdotis [3])

[1]) Philonis opera, Ed. Maior I p. LXII.

[2]) Ita rem instituam, ut plerumque eos tantummodo locos qui adhuc praetermissi sunt exscribam; si vero imitatio iam notata est, paragraphos et paginas auctorum indicare satis erit.

[3]) Sacerdos hoc loco idem est atque episcopus. Cf. Ambr. ep. 15, 2. 17, 10. Ps. Aug. Quaest. Vet. et N. Test. 109. 120. Watson, The style and language of S. Cyprian. Oxford 1896 p. 158 nota 1.

nuper suscepto bene fungatur. Qua in re etsi Ambrosius librum de Josepho a Philone conscriptum omnino respexit, tamen aliquoties maiore cum libertate Philonis cogitationes reddidit, de suo quaedam adiecit et immiscuit.

Philo de Josepho § 47—48
(IV, p. 71, 21—72, 3 Cohn.).

§ 10. Fugiat etiam mala opprobria, etiamsi credat non posse convinci. Nam etsi clausus parietibus sit et opertus tenebris, sine teste, sine conscio, habet tamen facti arbitrum quem nihil fallat, ad quem facta clamant omnia . . . Se ipsum unusquisque et animum suum severum iudicem sui, ultorem sceleris et vindicem criminis habet . . . Nemo igitur vel solus vel cum altero aliquid turpe aut improbum faxit. Et si quis solus est, seipsum prae ceteris erubescat, quem maxime debet vereri.

Τὸ συνειδὸς ἐλλαμβανόμενον ὀρθοῖς ὄμμασι οὐκ ἐάσει προσβλέπειν, κἂν δυνηθῶ λανθάνειν, λήσομαι δ' οὐδαμῶς· εἰσὶ γὰρ ἐξετασταὶ μυρίοι τῶν λάθρα δρωμένων, οἷς οὐ θέμις ἡσυχάζειν. ἐῶ λέγειν ὅτι κἂν μηδεὶς ἕτερος αἴσθηται ἢ συναισθόμενος μὴ κατείπῃ, μηνυτὴς οὐδὲν ἧττον αὐτὸς γενήσομαι καθ' ἑμαυτοῦ τῷ χρώματι, τῷ βλέμματι, τῇ φωνῇ, καθάπερ μικρῷ πρότερον εἶπον, ὑπὸ τοῦ συνειδότος ἐλεγχόμενος.

In paragraphis quae sequuntur (§ 11—15) Ambrosius divites admonet, ne avaritiae aut libidini obnoxii divitiis male utantur, suadetque, ut pecunia ad bona opera utantur. Quam cogitationem ne a Philone quidem alienam esse Wendlandius [1]) demonstravit. Sed cum in libro de Josepho conscripto locum huic loco plane similem non invenerim, dubito utrum Ambrosius haec contra avaros disputans Philonem exscripserit an suam ipsius sententiam protulerit. Saepe enim Ambrosius divites perstringit [2]), velut ep. 38, Expos. Ev. Lc. VII, 246, in ps. 61 enarratio § 32.

Philo ibid. § 42—43
(IV, p. 70, 16—22).

§ 20. Verum ille abiurat flagitium dicens nec moribus Hebraeorum convenire nec legibus, ut alienum violent torum, quibus cura est tuendi pudoris: ut integri nuptarum integris socientur virginibus, nec ulli conveniant feminae quae legitimi usus tori nesciat.

Τί βιάζῃ λέγων, ἐξαιρέτοις ἔθεσι καὶ νομίμοις χρώμιεθα ἡμεῖς οἱ Ἑβραίων ἀπόγονοι . . . πρὸ δὴ συνόδων νομίμων ὁμιλίαν ἑτέρας γυναικὸς οὐκ ἴσμεν, ἀλλ' ἁγνοὶ γάμων ἁγναῖς παρθένοις προσερχόμεθα.

[1]) *Philo und die kynisch-stoische Diatribe* in *Beiträge zur Geschichte der griech. Philosophie und Religion.* Berlin 1895, p. 50.

[2]) De divitiis quid Ambrosius senserit, bene nuper exposuit O. Schilling, *Reichtum und Eigentum in der altkirchlichen Literatur.* Freiburg 1908, p. 133—148.

§ 20. . . . religionemque sibi esse, ne ebrius turpis intemperantiae, ingratus herilis indulgentiae cui obsequium deberet, inferret contumeliam.

ibid. § 45 (cf. etiam § 46/47) (IV, p. 71, 10—13).

Εἰ μὴ ἄρα τούτου χάριν παρῆλθον εἰς τὴν ὑμετέραν οἰκίαν, ἵν' ἀποστὰς τῶν ὑπηρεσιῶν ἃς δεῖ θεράποντα παρέχειν, μεθύω καὶ ἐμπαροινῶ ταῖς ἐλπίσι τοῦ πριαμένου . . .

§ 21. Iterum quoque mulier maioribus adorsa tentamentis, eum inflexibilem adverteret, etiam secunda vice immobilem, passione effera et impudentia vires ministrante, iuvenem aggreditur, veste apprehensa ad cubile trahens, complexum offerens.

ibid. § 41 (IV, p. 70, 10—14).

Ἐπεὶ δὲ ζωπυροῦσα καὶ ἀναφλέγουσα τὴν ἔκνομον ἐπιθυμίαν ἀεὶ μὲν ἀπεπειρᾶτο, ἀεὶ δ' ἀπετύγχανε, βίᾳ λοιπὸν πρὸς παθοῦσα ἐχρῆτο καὶ λαβομένη τῆς ἀμπεχόνης εὐτόνως ἄχρι τῆς εὐνῆς ἐπεσπάσατο ῥώμῃ κραταιοτέρᾳ, τοῦ πάθους ἰσχὺν ἐπιδιδόντος.

§ 22. . . . et somnium esse hunc vivendi usum doceret in quo diversae commutationum vices tamquam ebriae, et nihil solidum, nihil firmum; tamquam dormientis (dormientes?) somnium videntes non videmus et audientes non audimus et manducantes non satiamur gratulantes non gratulamur currentes non pervenimus. Vanae spes hominum in hoc saeculo, qui ea quae non sunt tamquam ea quae sunt sequenda arbitrantur. Itaque inanes et vacuae rerum species tamquam in somnio venerunt, abierunt, astiterunt, evanuerunt. Circumfusae et dispersae sunt, teneri videntur et non tenentur.

ibid. § 126 (IV, p. 87, 10—19).

Ὁ δὲ ὄνειρος οὗτος, ὡς ἀψευδέστατα φάναι, ὁ τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ βίος. ὡς γὰρ ἐν ταῖς καθ' ὕπνον φαντασίαις βλέποντες οὐ βλέπομεν καὶ ἀκούοντες οὐκ ἀκούομεν καὶ γευόμενοι καὶ ἁπτόμενοι οὔτε γευόμεθα οὔτε ἁπτόμεθα, λέγοντές τε οὐ λέγομεν καὶ περιπατοῦντες οὐ περιπατοῦμεν καὶ ταῖς ἄλλαις κινήσεσι καὶ σχέσεσι χρῆσθαι δοκοῦντες οὐδεμιᾷ τὸ παράπαν χρώμεθα — κεναί δ' εἰσι τῆς διανοίας πρὸς οὐδὲν ὑποκείμενον ἀληθείᾳ μόνον ἀναζωγραφούσης καὶ ἀνειδωλοποιούσης τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα — οὕτω καὶ τῶν παρ' ἡμῖν ἐγρηγορότων αἱ φαντασίαι τοῖς ἐνυπνίοις ἐοίκασαν· ἦλθον, ἀπῆλθον, ἐφάνησαν, ἀπεπήδησαν, πρὶν καταληφθῆναι βεβαίως, ἀπέπτησαν.

Denique ubi quis audivit dicentem: „Surge qui dormis“ (Eph. 5, 14) et de somno istius saeculi exsurrexit, falsa haec intellexit omnia: evigilavit et fugit somnium, fugit potestas, abiit cura patrimonii, formae venustas, honorum studium. Haec enim somnia sunt, quibus non moventur qui vigilant corde, sed dormientes exagitantur.

ibid. § 130/1 (IV, p. 88, 8—16).

Τὰ δ' ἄλλα ὅσα περὶ τὸ σῶμα οὐκ ἐνύπνια; οὐ κάλλος μέν ἐφήμερον, πρὶν ἀνθῆσαι μαραινόμενον; . . . τὴν δὲ τῶν ἐκτὸς ἀσάφειαν τίς οὐκ οἶδε; μιᾷ ἡμέρᾳ πλοῦτοι μεγάλοι ἀπερρύησαν· τὰ πρωτεῖα τῶν ἐν ταῖς ἀνωτάτω τιμαῖς ἐνεγκάμενοι μυρίοι πρὸς ἠμελημένων καὶ ἀφανῶν ἀδοξίαν μετέβαλον· ἀρχαὶ βασιλέων αἱ μέγισται καθῃρέθησαν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ.

§ 23. Vadatur hunc sermonem meum sanctus Joseph . . .

ibid. § 132 (IV, p. 88, 16—17).

Ἐγγυᾶται μου τὸν λόγον Διόνυσος . . .

ibid. § 123 (IV, p. 86, 18—22).

§ 23. Servus igitur ex genere praeclaro, pauper ex patre divite, de amore ad odium, de gratia ad supplicium, rursus de carcere ad aulam, de reatu ad iudicium traductus, neque adversis fractus est neque elevatus secundis.

Τίς γὰρ ἂν προσεδόκησεν μιᾷ ἡμέρᾳ τὸν αὐτὸν ἀντὶ μὲν δούλου δεσπότην, ἀντὶ δὲ δεσμώτου πάντων ἀξιονικότατον, καὶ τὸν ὑποδιάκονον εἱρκτοφύλακος ὕπαρχον βασιλέως ἔσεσθαι καὶ ἀντὶ τῆς εἱρκτῆς τὰ βασίλεια οἰκήσειν, τὰ πρῶτα τῶν ἐπὶ τιμαῖς φερόμενον ἀντὶ τῶν εἰς ἀντιμίαν ἐσχάτων.

ibid. § 144 (IV, p. 91, 6—7).

§ 26. Pulchritudo divitiarum non in sacculis divitum, sed in alimentis pauperum est.

Πλούτου γὰρ κάλλος οὐκ ἐν βαλαντίοις ἀλλ' ἐν τῇ τῶν χρῃζόντων ἐπικουρίᾳ.

Non tam exploratum mihi est Ambrosium pendere a Philone in §§ 16 et 23. In § 16 Ambrosius adhibet comparationem a statera petitam quam apud Philonem quoque invenis.

ibid. § 140 (IV, p. 89, 24—90, 1).

§ 16. Pendet singulis nostrorum statera meritorum atque exiguis vel boni operis vel degeneris flagitii momentis huc atque illuc saepe inclinatur.

Τὰ δ' ἀνθρώπεια ὡς ἐπὶ ζυγοῦ ταλαντεύεται βάρεσιν ἀνίσοις ἐπικουφιζόμενα καὶ καθέλκοντα.

§ 29. Ambrosius describit quaenam intercedat ratio inter medici artem et Constantii officium. Philo aliquoties in libro laudato a medicina comparationem petivit (De Iosepho § 33, 62, 76).

Epistula 7.

Ambrosius ut responderet Justo quaerenti „quid significet illud didrachmum, cuius dimidium Hebraeus praecipitur offerre pro redemptione animae suae“ (§ 1), quinque locis Philonis librum „Quis rerum divinarum heres“ exscripsit, id quod viri docti nondum perspexerunt.

Philo, Quis rer. div. heres. § 191 (III, p. 44, 4—13 Wendland).

§ 5. Denique etiam de illa caelesti esca — esca autem et delectatio alimenti caelestis sapientia est, qua vescebantur in paradiso locati, qui erat indeficiens animae cibus, quem vocavit manna divinus sermo, — ita legimus distributionem factam per singulos animos, ut aequalis fieret divisio. Et collegerunt secundum dispositionem Moysi, qui plurimum, et qui

Ἔτι τοίνυν τὴν οὐράνιον τροφὴν — σοφία δ' ἔστιν — τῆς ψυχῆς ἣν καλεῖ μάννα, διανέμει πᾶσι τοῖς χρησομένοις θεῖος λόγος ἐξ ἴσου, πεφροντικὼς διαφερόντως ἰσότητος. Μαρτυρεῖ δὲ Μωυσῆς λέγων· „οὐκ ἐπλεόνασεν ὁ τὸ πολύ, καὶ ὁ τὸ ἔλαττον οὐκ ἠλαττόνησεν (Exod. 16, 18), *ἡνίκα τῷ τῆς ἀναλογίας ἐχρήσαντο θαυμαστῷ καὶ περιμαχήτῳ μέτρῳ . . . ὃ γὰρ ἐπέβαλεν ἑκάστῳ, τοῦτ'*

minimum; et mensuram fecerunt gomor, et non abundavit nec superfuit ei qui multum, et ei qui minus non defuit (Exod. 16, 17. 18).

§ 10. Et ideo omnes aequalitatem devotionis et fidei deferre praecepit ad pascha Domini, id est, ad transitum. Pascha autem est, quando anima irrationabilem deponit passionem, sumit autem bonam compassionem, ut compatiatur Christo et transitum eius in se suscipiat, ut habitet in ea et deambulet et fiat eius Deus.

§ 14. Lex autem dimidium didrachmi pro redemptione animae exigit, quam drachmam Deo deputat, quia totum didrachmum vindicare non poterat. Vix enim in Judaeo vel portio devotionis poterat investigari. Qui autem verus est liber, verus Hebraeus, totus est Dei; totum quod habet, libertatis est. Nihil habet illius qui libertatem recusat dicens: „Dilexi dominum meum et uxorem et infantes: non abibo liber“ (Exod. 21, 5). Quod non solum ad dominum, sed etiam ad eius refertur infirmitatem, qui se subiecerit mundo, quod diligat mundum vel mentem suam, id est *νοῦν*, huius auctorem voluntatis. Nec solum ad uxorem, sed etiam ad delectationem refertur, quae domesticam, non illam aeternam curam suscipit. (Cf. Ambr. de paradiso 2, 11 [271, 13 Sch.])

§ 16. Cognovimus itaque ideo dimidium didrachmi lege postulari, quia dimidium generi huius mundi, id ut conversationi saeculari et usui domestico et posteritati reservabatur quibus necesse erat et sortem ex sorte [1]), id est transmissionis deputari. Unde et Dominus etc. (Mth. 22, 8 sq.).

ἀπεκληρώθη προνοητικῶς, ὡς μήθ' ὑστερῆσαι μήτ' αὖ περιττεῦσαι.

ibid. § 192 (III, p. 44, 13—16).

Τὸ δὲ παραπλήσιον τῆς κατ' ἀναλογίαν ἰσότητος ἔστιν εὑρεῖν καὶ ἐπὶ τοῦ λεγομένου Πάσχα. Πάσχα δέ ἐστιν, ὅταν ἡ ψυχὴ τὸ μὲν ἄλογον πάθος ἀπομαθεῖν μελετᾷ, τὴν δ' εὔλογον εὐπάθειαν ἑκουσίως πάσχῃ.

ibid. § 186 (III, p. 43, 2—11).

Ἆρά γε οὐχὶ τοῦτον τὸν τρόπον καὶ τὸ δίδραχμον διενημήθη τὸ ἅγιον, ἵνα τὸ μὲν ἥμισυ αὐτοῦ, τὴν δραχμήν, καθιερῶμεν λύτρα τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς κατατιθέντες (Exod. 30, 12. 13), *ἣν ὁ μόνος ἀψευδῶς ἐλεύθερος καὶ ἐλευθεροποιὸς θεὸς ὠμῆς καὶ πικρᾶς παθῶν καὶ ἀδικημάτων δεσποτείας ἱκετευθείς, ἔστι δ' ὅτε καὶ χωρὶς ἱκεσίας, ἀνὰ κράτος ἐκλύει, τὸ δ' ἕτερον μέρος τῷ ἀνελευθέρῳ καὶ δουλοπρεπεῖ γένει καταλίπωμεν, οὗ κεκοινώνηκεν ὁ λέγων· „ἠγάπηκα τὸν κύριόν μου“ τὸν ἡγεμόνα ἐν ἐμοὶ νοῦν, „καὶ τὴν γυναῖκα μου“ τὴν φίλην καὶ οἰκουρὸν παθῶν αἴσθησιν „καὶ τὰ παιδία“ τὰ κακὰ τούτων ἔγγονα, „οὐκ ἄπειμι ἐλεύθερος“* (Exod. 21, 5).

ibid. § 187 (III, p. 43, 12—14).

Ἀνάγκη γὰρ καὶ τῷ τοιούτῳ γένει κλῆρον ἄκληρον καὶ ἀποπομπαῖον ἐκ τοῦ διδράχμου δοθῆναι, ἐναντίον τῇ ἀνατεθειμένῃ δραχμῇ τε καὶ μονάδι.

[1]) Editores Maurini contra nonnullorum codicum auctoritatem (Cod. Vat., Thuan, Belv.) in quibus „sortem exsortem“ invenitur, receperunt lectionem „sortem ex sorte“, quam ceteri libri manuscripti et editores omnes habebant. Cognoscimus nunc e loco Philonis priorem lectionem tenendam esse.

§ 21. Non est drachma denarius, sed diversum est. Denique in denario imago Caesaris est, in drachma imago Dei (Mth. 22, 21), quia unius est Dei, ad imitationem ipsius. Ab uno incipit et in infinitum diffunditur, et iterum de infinito numero in unum quasi in finem omnia revertuntur, quia Deus et principium et finis omnium est. Unde nec numerum monada sed elementum numeri quibus ea cura est appellaverunt.

ibid. § 189—190 (III, p. 43, 19—44, 4).

Εἰκότως οὖν ἐρεῖ Μωυσῆς· „ὁ πλουτῶν οὐ προσθήσει, καὶ ὁ πενόμενος οὐκ ἐλαττώσει ἀπὸ τοῦ ἡμίσους τοῦ διδράχμου“ (Exod. 30, 15) *ὅπερ ἐστίν, ὡς ἔφην, δραχμὴ τε καὶ μονάς· ἧ πᾶς ἂν ἀριθμὸς εἴποι τὸ ποιητικὸν ἐκεῖνο*

ἐν σοὶ μὲν λήξω, σέο δ' ἄρξομαι

λήγει τε γὰρ ἀναλυόμενος ὁ κατὰ σύνθεσιν ἀπειράκις ἄπειρος ἀριθμὸς εἰς μονάδα, ἄρχεται τ' αὖ πάλιν ἀπὸ μονάδος εἰς ἀπερίγραφον συντιθέμενος πλῆθος. διόπερ οὐδ' ἀριθμόν, ἀλλὰ στοιχεῖον καὶ ἀρχὴν ἀριθμοῦ ταύτην ἔφασαν, οἷς ζητεῖν ἐπιμελές.

Epistula 8.

In epistula octava, quae ad eundem Justum missa est, Ambrosius multum Philonis libro, cui est titulus „de fuga et inventione“ debet [1]).

§ 2 = Philo, de fuga et inv. § 132/3 (III, p. 138, 1—10).
§ 3 = Philo ibid. § 135/6 (III, p. 138, 16—18).
§ 4 = Philo ibid. § 134/5 (III, p. 138, 10—16).
§ 5 = Philo ibid. § 137 (Cf. § 136) (III, p. 139, 2—4).

[1]) Peter (*Der Brief in der römischen Literatur*, Leipzig 1901, p. 241) non recte videtur iudicare de sententia, quam Ambrosius de genere dicendi in hac epistula profert. Putat enim summopere differre Ambrosianum genus dicendi ab elocutione, qua Symmachus, nobilis ille Ambrosii adversarius, utitur. Sed epistulam 8 vix recte interpretatur. Namque Ambrosius: „Negant, inquit, plerique, nostros secundum artem scripsisse. Nec nos obnitimur, non enim secundum artem scripserunt, sed secundum gratiam, quae super omnem artem est; scripserunt enim quae Spiritus sanctus eis loqui dabat. Sed tamen qui de arte scripserunt, de eorum scriptis artem invenerunt et condiderunt commenta artis et magisteria“ (Ep. 8, 1). Primo enim in hac epistula de sacris tantum scriptoribus sermo est, deinde ultimae propositiones a Petero omissae contrariam habent sententiam. Adfert Ambrosius sententiam quam scriptores ecclesiastici saepe profitentur, profanos scriptores, quaecumque sint pulchra et vera, ex litteris sacris sumpsisse, tum Philonis premens vestigia demonstrat, ea quae in arte requirantur, *αἴτιον*, *ὕλη*, *ἀποτέλεσμα* vel sacrae inesse scripturae. Ergo si Ambrosium recte interpretamur, ipse affirmat sacros scriptores composuisse libros secundum Spiritum Sanctum; quo factum esse, ut supra omnem artem scriberent, ita tamen, ut nihilominus omnia artis praecepta sacris scripturis continerentur (Cf. Norden, *Antike Kunstprosa*, p. 526). Hoc unum Petero concedemus non semper Ambrosium tam artificiose quam Symmachum scripsisse; sed et epistulis et ceteris scriptis Ambrosii multum inesse veteris doctrinae rhetoricae me data occasione probaturum spero.

§ 7 = Philo ibid. § 137/9 (III, p. 139, 5—140, 2).
§ 8 = Philo ibid. § 140 (III, p. 140, 3—6).
§ 9 = Philo ibid. § 141 (III, p. 140, 6—9).
§ 10 = supra § 134.
§ 11 = Philo ibid. § 143 (III, p. 140, 21—141, 2).
§ 12 = Philo ibid. § 168/9 (III, p. 147, 3—9).
§ 13 = Philo ibid. § 170 (III, p. 147, 10—14).

Philo ibid. § 171
(III, p. 147, 16—148, 2).

§ 14. Quasi admoneris ut semines; non seminasti, non metes, sententia est. Principio finis convenit: principium semen est, finis messis.

... παραινῶν μὲν γὰρ εἶπεν ἂν· μὴ σπείρητε, μὴ ἀμήσητε, ἀποφαινόμενος δέ· „οὐ σπερεῖτε, οὐδὲ μὴ ἀμήσητε τὰ αὐτόματα“ οἷς γὰρ ἀπαυτοματίζουσιν ἐκ φύσεως ἐπιτυγχάνομεν, τούτων οὔτε τὰς ἀρχὰς οὔτε τὰ τέλη παρ' ἑαυτοὺς ὡς ἂν αἰτίους εὑρίσκομεν· ἀρχὴ μὲν οὖν ὁ σπόρος, τελευτὴ δὲ ὁ ἄμητος.

§ 15 = Philo ibid. § 172 (III, p. 148, 7—8).

Epistula 19.

In epistula 19 ad Vigilium episcopum scripta Ambrosius fuse Samsonis historiam, de qua infra sermo erit, enarrat. Una est in § 2 imitatio Philonis, ubi Tigrin atque Euphraten imagines prudentiae et iustitiae esse Ambrosius significat.

Philo leg. alleg. lib. I § 69
(I, p. 79, 6—8 Cohn.).

§ 2. Et ideo Mesopotamiae nomine signatur figura ecclesiae, quae maximo fluentorum prudentiae irriguis atque iustitiae fecundat.

„Καὶ ὁ ποταμὸς ὁ τρίτος Τίγρις ... τρίτη ἐστὶν ἀρετὴ σωφροσύνη κτλ.“

ibid. § 72 (I, p. 80, 6—7).

Εὐφράτης, ἔστι δὲ συμβολικῶς ἀρετὴ τετάρτη, δικαιοσύνη.

Epistula 27.

In epistula 27 Ambrosius, ut respondeat Irenaeo quaerenti, quid significet illud scripturae: „Abominanda apud Aegyptios immolemus Deo“ (Exod. 8, 26), consuluit Philonis de fuga et inventione librum.

§ 2/3 = Philo de fuga et inv. § 18/19 (III, p. 114, 2—7 Wendland).
§ 4/5 = „ „ „ „ „ § 15/17 (III, p. 112, 24—113, 13).
§ 6 = „ „ „ „ „ § 19 (III, p. 114, 7—8).
§ 7 = „ „ „ „ „ § 19 (III, p. 114, 9) et
§ 16 (III, p. 113, 6—8).

§ 8 = Philo ibid. § 14 (III, p. 112, 21—24).
§ 10 = „ „ § 19 (III, p. 114, 9) et
§ 44 (III, p. 119, 9—11).
§ 11 = „ „ § 20/21 (III, p. 114, 12—115, 2).
§ 12 = „ „ § 22 (III, p. 115, 2—7).

Philo ibid. § 9 (III, p. 112, 2—3).

§ 15. Omnis enim sine signo anima indocta et inerudita est, disciplinarum nescia.

Ἄσημος δὲ ἐν μὲν τοῖς ὅλοις ἡ ἄποιος ὕλη, ἐν ἀνθρώποις δὲ ἡ ἀμαθὴς ψυχὴ καὶ ἀπαιδαγώγητος.

Epistula 28.

In epistula 28 eidem Irenaeo missa Ambrosius praecepta dat vitae sacerdotalis in suum convertens usum locos quosdam e Philonis libro „Quod omnis probus liber“ sumptos. Cum volumen sextum Cohnii et Wendlandii, quod hunc continebit libellum, nondum editum sit, utor editione Richteri (Lipsiae 1828), addo etiam paginas editionis Mangeyanae.

Philo, Quod omnis probus liber § 1 (VI, p. 270 R., II, p. 445 M.).

§ 1. Pythagoricum mandatum[1]) in aliquorum scriptis praedicari invenimus, quod ille discipulos suos communem atque usitatam populo prohibuerit ingredi viam. Sed hoc unde assumpserit, non est incognitum. Nam cum ex populo Judaeorum, ut plerique arbitrantur, genus duxerit, ex eius disciplina derivavit etiam magisterii praecepta[2]) . . . praeceptum Jesu Nave (Ios. V, 16), videlicet ut detritae et popularis viae deponerent pulverem, qui viam Domini ambulare desiderarent.

Τὸν μὲν οὖν Πυθαγορείων ἱερώτατον θίασον λόγος ἔχει μετὰ πολλῶν καὶ ἄλλων καλῶν καὶ τοῦτ' ἀναδιδάσκειν, ταῖς λεωφόροις μὴ βαδίζειν ὁδοῖς, οὐχ ἵνα κρημνοβατῶμεν — οὐ γὰρ ποσὶ κάματον παρήγγειλεν — ἀλλ' αἰνιττόμενος διὰ συμβόλου, τὸ μήτ' ἔργοις μήτε λόγοις δημώδεσι καὶ πεπατημένοις χρῆσθαι.

Philo ibid. § 1 (VI, p. 270/1 R., II, p. 445/6 M.).

§ 3. Supergrediamur igitur plebeias opiniones et strata quaedam gre-

. . . καὶ δόξας ἀγελαίους ὑπερκύψαντες, ἀτραπὸν ἄβατον ἐκαινοτόμησαν ἰδιώ-

[1]) De hoc symbolo Pythagoreo egregie disputat Boehmius (*De symbolis Pythagoreis*, Berolini 1905, p. 45/46). Locis a Boehmio allatis locus quem e Philone et Ambrosio produximus adiungendus est.

[2]) Philo non raro asserit graecorum philosophos, quidquid veri et boni invenerint, debere Judaeis. Zeller, *Philosophie der Griechen* [3] III, 2, p. 347. Geffcken, *Zwei griechische Apologeten*, p. XXV, Nota 3. Est sententia illis temporibus apud doctos Judaeos crebra. Cf. Flavium Josephum contra Apionem I. 22. II. 16. Idem affirmaverunt postea christiani; complures Ambrosii locos collegit Ihmius, *Studia Ambrosiana*, p. 80 nota 7.

galis conversationis ac detritae viae orbitas declinemus ac vulgaris semitae solum . . . Sed quaeramus nobis viam inaccessam sermonibus insolentium, inviam operibus imperitorum, quam nullus maculosus deterat, maculosus scilicet ignaviae suae sordibus et fumo iniquitatis oblitus, tenebrisque et parietinis quibusdam animae ruinosus, qui nullam virtutis suavitatem gustaverit aut certe limis eam spectandam magis quam directo affectu et aperto sinu mentis suscipiendam arbitratus sit: et — quod plerique amant, qui sibi faceti atque urbani videntur, pulchritudinem sapientiae in dedecus versutiae transfigurantes — veram non intuens gratiam, tamquam in nocte positus, non credit in die viventibus...

ταις λόγων καὶ δογμάτων, ἰδέας ἀναστείλαντες ὧν οὐδενὶ μὴ καθαρῷ θέμις ψαῦσαι. λέγω δὲ μὴ καθαροὺς ὅσοι ἢ παιδείας εἰς ἅπαν ἄγευστοι διετέλησαν, ἢ πλαγίως ἀλλὰ μὴ ἐπ' εὐθείας αὐτῆς ἐγεύσαντο, κάλλος τὸ σοφίας εἰς τὸ σοφιστείας αἶσχος παραχαράξαντες. οὗτοι τὸ νοητὸν φῶς ἰδεῖν μὴ δυνάμενοι δι' ἀσθένειαν τοῦ κατὰ ψυχὴν ὀνόματος, ὃ ταῖς μαρμαρυγαῖς πέφυκεν ἐπισκιάζεσθαι καπάπερ ἐν νυκτὶ διάγοντες ἀπιστοῦσι τοῖς ἐν ἡμέρᾳ ζῶσι . . .

Philo ibid. § 2
(VI, p. 271 R., II, p. 446 M.).

§ 5. . . . atque, ut cicadas aiunt, aura quadam pasci cupiditatum? Vere sicut cicadas, quia de die in diem vivunt, questu rumpuntur suo.

. . . ἀρετῆς αὔρᾳ καθάπερ ἀέρι ᾄδοι τοὺς τέττιγας, τρεφομένους.

Epistula 33.

In hac epistula Ambrosius eadem fere proponit atque in libris qui sunt de Cain et Abel. Ep. 33, 1—2 = De Cain et Abel I, 4, 13 (p. 348, 12 sq. Sch.). Ep. 33, 3 sq. = De Cain et Abel II, 2, 7 (p. 382, 15 sq. Sch.). Iamvero Ambrosii de Cain et Abel libros arte coniunctos esse cum Philonis de sacrificiis Abelis et Caini libro compertum est. Cum vero ratio qua Ambrosius in hac epistula expresserit Philonem, differat a ratione qua fere in excribendis Philonis libris utatur, non tam Philonis librum laudatum respicere videtur, quam, quae iam in libris de Cain et Abel conscripserat, nova quadam forma repetere [1]).

[1]) Duobus huius epistulae locis Schenklii coniecturae refutantur. De Cain et Abel p. 383, 19 Sch. scribendum est non „erant“ sed „errant“ quod in omnibus fere codicibus iisque melioribus invenitur, cum Ambrosius adferat illud psalmi: „Erraverunt peccatores ab utero“ (Ps. 57, 4) quod ex epistula 33, 5 apparet. P. 383, 20 Schenklius contra meliorum codicum auctoritatem scripsit „destrictis saecularibus“, sed tenendum est „destructis saecularibus“, cum in ep. 33, 5 sit „cuius primogenita saecularia destruuntur“.

Epistula 37.

Epistula 37 optime illustrat rationem quam secutus Ambrosius Philonis opera compilaverit. Namque non ad verbum Philonis librum cui est titulus: *περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον* expressit, sed quae a philosopho Judaeo exposita erant, ad doctrinam christianam accommodavit, exemplis adhortationibusque auxit. Quaedam de ratione qua Ambrosius pendeat a Philone disputavit Krellius [1]) in commentatione qua librum qui inscribitur *περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον* re vera Philonis esse demonstrat; attamen data opera nemo adhuc quaestionem tractavit. Epistulae argumentum proponitur § 4: „Haec autem epistula . . . de sententiis Pauli est apostoli, qui nos a servitute in libertatem vocat dicens: „Pretio empti estis, nolite fieri servi hominum (I Cor. VII, 25) ostendens libertatem nostram in cognitione esse sapientiae. Quae sententia magno a philosophis fluctuata atque iactata est disputationis molimine, dicentibus quia omnis sapiens liber, omnis autem insipiens serviat."

§ 7. Iacob . . . praelatus est fratri seniori (Gen. 27, 29). Denique pater pius qui inter duos filios affectu certaret paterno . . . cum divideret alteri gratiam, alteri misericordiam, sapienti gratiam, insipienti misericordiam, quia ad virtutem se propriis viribus erigere non poterat, nec spontaneum gressum attollere, benedixit eum ut serviret fratri suo et esset ipsius servus ostendens ita deteriorem esse servitute insipientiam, ut remedio ei servitus sit, quia stultus regere se non potest, et nisi moderatorem habeat praecipitatur propriis voluntatibus.

§ 8. Diligens ergo pater et consulens servum eum fratris sui fecit, ut eius regeretur consilio. Ideo inconsultis populis sapientes quique adhibentur rectores, qui plebeiam insipientiam vigore proprio regant, ut

Philo, Quod omnis probus liber § 8 (V, p. 281 R., II, p. 454 M.).

Ἔοικε δὲ ὁ Ζήνων ἀρύσασθαι τὸν λόγον, ὥστερ ἀπὸ τῆς πηγῆς τῆς Ἰουδαίων νομοθεσίας, ἐν ᾗ δυοῖν ὄντοιν ἀδελφοῖν, τοῦ μὲν σώφρονος, τοῦ δὲ ἀκολάστου, λαβὼν οἶκτον ὁ κοινὸς ἀμφοῖν πατήρ, τοῦ μὴ ἐπ' ἀρετὴν ἥκοντος, εὔχεται ἵνα δουλεύσῃ τῷ ἀδελφῷ, τὸ δοκοῦν μέγιστον εἶναι κακὸν δουλείαν ἀγαθὸν τελεώτατον ὑπολαμβάνων ἄφρονι, τὸ μὲν αὐτεξούσιον ἀφῃρημένῳ, πρὸς τὸ μὴ σὺν ἀδείᾳ πλημμελεῖν, ἐκ δὲ τῆς τοῦ προεστῶτος προστασίας βελτιωθησομένῳ τὸ ἦθος.

[1]) Krell, Philo *περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον*, die Echtheitsfrage. Augsburg 1896.

potentiae specie dominentur, quo vel invitos auctoritate potestatis subiiciant ad obediendum prudentioribus et obsequendum legibus. Imposuit igitur insipienti velut indomito iugum, et cui in gladio suo vivendum dixerat, libertatem negavit; ne temeritate laberetur, praefecit ei fratrem, cuius auctoritate et moderatione subiectus proficeret ad conversionem. (Cf. De Iacob. II. 3. 11).

§§ 9—11. Ioseph. venditus in servitutem est et electus est ad potestatem, ut suis emptoribus imperaret. (Cf. De Ioseph. 4, 20).

§ 12. Iii re vera servi sunt, qui quamvis regia fruantur potestate libidini sunt obnixii. Affertur exemplum Darii regis (3 Esdr. 4).

§ 13. Sed quid ista magno allegamus ambitu? Non videmus plerumque in potestatem piraticam vel immanium barbarorum redactos parentes a filiis redimi pecunia? Numquid leges pecuniae potiores quam leges naturae? Numquid in servitute accersitur pietas? Plerique emptores leonum sunt et tamen non dominantur leonibus: sed ita subiciuntur versa vice, ut si exasperatos eos excutere cervice toros viderint, fugiant et delitescant. Nihil ergo praeiudicat pecunia, quae plerumque sibi dominos emit: nihil tabulae auctionales quibus emptor frequenter adiudicatur atque addicitur. Contractus non mutat genus nec sapientiae libertatem adimit. Denique famulo sapienti multi, ut scriptum est (Prov. 17, 2) serviunt liberi; et est servus intelligens, qui regat dominos stultos. (§ 14) Quem ergo magis liberum censes? Sola est sapientia libera quae divitibus pauperes praeficit et quae servos propriis fenerare dominis facit . . .

ibid. § 6 (V, p. 277/8 R., II, p. 451 M., cf. Krell, p. 5).

Εἰ δέ τινας ὑπ' ἀνδραποδοκαπήλων ἐπενωτιζομένους ἰδών τις οἴεται δούλους εὐθὺς εἶναι, πολὺ διαμαρτάνει τῆς ἀληθείας· οὐ γὰρ ἡ πρᾶσις κύριον ἀποφαίνει τὸν πριάμενον ἢ τὸν πραθέντα δοῦλον, ἐπεὶ καὶ πατέρες υἱῶν τιμὰς κατέθεσαν, καὶ υἱοὶ πολλάκις πατέρων, ἤ κατὰ λῃστείας ἁπαχθέντων ἢ κατὰ πόλεμον αἰχμαλώτων γενομένων, οὓς οἱ τῆς φύσεως νόμοι τῶν κάτωθεν ὄντες βεβαιότεροι γράφουσιν ἐλευθέρους. ἤδη δέ τινες καὶ προσυπερβάλλοντες εἰς τὸ ἐναντίον περιήγαγον τὸ πρᾶγμα, δεσπόται γενόμενοι τῶν πριαμένων ἀντὶ δούλων. ἐγὼ γοῦν ἐθεασάμην πολλάκις εὔμορφα παιδισκάρια καὶ φύσει στώμυλα δυσὶν ὁρμητηρίοις, ὄψεως κάλλει καὶ τῇ περὶ λόγους χάριτι πορθοῦντα τοὺς κεκτημένους . . . εἰ μὴ καὶ τὸν λέοντας ὠνησάμενον δεσπότην φατέον εἶναι λεόντων, ὡς εἰ μόνον ἐπανατείνοι τὰς ὄψεις, οἵους ἐπρίατο κυρίους ὁ δύστηνος, ὡς χαλεποὺς καὶ ὠμοθύμους, αὐτίκα παθὼν εἴσεται.

§ 19/20 = Philo l. c. § 9 (V, p. 281/2 R., II, p. 455 M., Krell, p. 5).
§ 24 = Philo l. c. § 3 (V, p. 273 R., II, p. 447/8 M., Krell, p. 5).
§ 28/31 = Philo l. c. § 3 (V, p. 273/4 R., II, p. 448 M., Krell, p. 5).

Philo ibid. § 7
(V, p. 279 R., II, p. 452 M.)

§ 32. Illi autem liberi sunt, qui legibus vivunt. Lex autem vera sermo rectus, lex vera non insculpta tabulis nec aere incisa, sed impressa mentibus atque infixa sensibus, quando sapiens non sub lege, sed ipse sibi lex est, opus legis in corde suo continens, naturali sibi stilo et quadam inscriptione formatum (Rom. 2, 14. 15). Tantumne igitur caecitatis est, ut non videamus manifestas rerum expressiones et virtutum imagines? Et quam indignum, ut populi integri obediant humanis legibus, quo sint libertatis participes, sapientes autem veram legem naturae expressam ad imaginem Dei veramque rationem signiferam libertatis negligant et derelinquant . . .

Ὅσοι δὲ μετὰ νόμου ζῶσιν, ἐλεύθεροι. νόμος δὲ ἀψευδὴς ὁ ὀρθὸς λόγος, οὐχ ὑπὸ τοῦ δεῖνος ἢ τοῦ δεῖνος θνητοῦ φθαρτὸς ἐν χαρτιδίοις ἢ στήλαις ἄψυχος ἀψύχοις, ἀλλ' ὑπ' ἀθανάτου φύσεως ἄφθαρτος ἐν ἀθανάτῳ διανοίᾳ τυπωθείς. διὸ καὶ θαυμάσαι ἄν τις τῆς ἀμβλυωπίας τοὺς τρανὰς οὕτω πραγμάτων ἰδιότητας μὴ συνορῶντας, οἳ μεγίστοις μὲν δήμοις Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων πρὸς ἐλευθερίαν αὐταρκεστάτους εἶναι φασὶ τοὺς Σόλωνος καὶ Λυκούργου νόμους κρατοῦντας τε καὶ ἄρχοντας, πειθαρχούντων αὐτοῖς τῶν πολιτευομένων, σοφοῖς δὲ ἀνδράσι τὸν ὀρθὸν λόγον, ὃς καὶ τοῖς ἄλλοις ἐστὶ πηγὴ νόμοις, οὐχ ἱκανὸν εἶναι πρὸς μεθουσίαν ἐλευθερίας . . .

Philo ibid. § 4
(V, p. 275 R., II, p. 449/50 M.).

§ 33. Hoc docuit Moyses quando manus ei graviores fiebant, ita ut vix sustineret eas Jesu Nave. Ideoque vincebat populus, quando non perfunctoria gerebantur opera, sed plena ponderis atque virtutis, non nutantis animi nec titubantis affectu, sed fundatae mentis stabilitate (Exod. 17, 12). Ergo sapiens extendit manus suas, stultus autem contrahit . . .

Ὡς γὰρ ἡ ἀφροσύνη κοῦφον καὶ φερόμενον, ἡ φρόνησις ἐρηρεισμένον καὶ ἀκλινὲς καὶ βάρος ἔχον ἀσάλευτον. ὁ δὲ δὴ τῶν Ἰουδαίων νομοθέτης τὰς τοῦ σοφοῦ χεῖρας βαρείας εἰσάγει, διὰ συμβόλων τὰς πράξεις αἰνιττόμενος, οὐκ ἐπιπολαίως ἀλλὰ παγίως ἐρηρεισμένας ἀπὸ διανοίας ἀρρεποῦς.

§ 34/35 = Philo ibid. § 14 (V, p. 288/9 R., II, p. 459/60 M., Krell, p. 5).

Philo ibid. § 10
(V, p. 284 R., II, p. 456 M.).

§§ 36/37. Quid Theclam, quid Agnem, quid Pelagiam loquar, quae tamquam nobilia vitulamina pullulantes ad mortem quasi ad immortalitatem festinaverunt.

. . . ὥσπερ εὐγενῆ μοσχεύματα γεωργοῦντες.

Philo ibid. § 18
(V, p. 293 R., II, p. 465 M.).

. . . εἰς θάνατον ὡς ἐπ' ἀθανασίαν ὁρμᾶν.

§ 38 = Philo ibid. 17 (V, p. 293 R., II, p. 465 M., Krell, p. 5).

Epistula 38.

Philonem — si interpretationem nominis Nephthalim, de qua infra dicam, exceperis — uno loco Ambrosius videtur exscripsisse. Illud § 8 „alter despiciens animo *βασιλέων τὰς πολυχρύσας τύχας* imperialesque gazas“ (Cf. Nauck. trag. gr. frg. [2] p. 900, adespota 322) sumptum est ex Philonis de fuga et inventione libro § 16 (III, p. 113, 6—7 Wendland) ut iam Wendlandius vidit. Quae de divitiarum natura atque usu proponuntur, ea Ambrosius saepe profert; confer quae supra de epistola secunda scripsimus et indicem operum Ambrosii s. v. „divitiae“ et „avaritia“.

Epistula 41.

Quae in § 3 de baculo nucino dicit Ambrosius, sunt similia iis quae insunt in Philonis de vita Moysis libro.

§ 3. Ideoque nucinum baculum sumere iubetur propheta, quia memoratae pomum arboris amarum in cortice, durum in testa intus est fructuosum.

Philo de vita Moysis II § 182 (IV, p. 242, 15—18 Cohn.)

Καρύου τὸ μὲν φλοιῶδές ἐστι πικρόν, τὸ δ' εἴσω περικείμενον ὡσανεὶ ξύλινον ἔρκος στιφρὸν εὖ μάλα καὶ κραταιόν.

Epistulae 43—45.

Epistulae 43, 44, 45 referuntur ad quaestiones quae Ambrosio de nonnullis locis operis, quod de sex creationis diebus conscripsit, proponebantur. Usus est Ambrosius Philonis de opificio mundi libris.

Epistula 43.

§ 3/4 = Philo, de opif. mundi § 78 (I, p. 26, 9 sq. Cohn.),
§ 7 = Philo ibid. § 82 (I, p. 28, 11 sq.).
§ 10/11 = „ „ § 77 (I, p. 26, 1—9).

Dubium non est quin in § 12 descriptio hominis qui ut omnium virtutum exemplum proponitur, petita sit a Philone qui § 79 et § 81 docet, quomodo homo et virtutes colendo et libidines coercendo pace et felicitate frui possit. At suis potius verbis Ambrosius quae cogitavit Philo elocutus est.

§ 14 = Philo ibid. § 69 (I, p. 23, 6—9) et § 83 (I, p. 29, 3—4).
§ 15 = „ „ § 69/71 (I, p. 23, 9—24, 8).
§ 16 = „ „ § 83 (I, p. 29, 4—9).
§ 17 = „ „ § 85/86 (I, p. 30, 3—15) [1]).

[1]) Ambrosii verbis: „tauri depresso sulcis per totum diem aratro gemunt“ scriptura Cohnii: „*ταῦροι μὲν καταζεύγνυνται πρὸς ἄροτον γῆς καὶ βα-*

§ 18. Sic quoque gubernator navis in puppi sedet et totam navem gubernat.

Philo ibid. § 38 (I, p. 31, 1 sq.)

Οἱ δ' αὖ κυβερνῆται πρὸς τὸ τῆς νεὼς ἔσχατον χωρίον πρύμναν παρελθόντες πάντων . . . εἰσὶν ἄριστοι.

§ 19 = Philo ibid. § 147 (I, p. 51, 12—22).

Epistula 44.

§ 1 = Philo, de opif. mundi § 8/12 (I, p. 2. 16—3, 19).

§ 2 = Philo ibid. § 13 (I, p. 4, 1—4).

§ 3. Bonus septimus numerus quem non Pythagorico et caeterorum philosophorum more tractamus, sed secundum formam et divisiones gratiae spiritalis . . . septenarium quoddam ministerium planetarum creatum advertimus, quo hic mundus illuminatur. Quarum concurrere fertur militia ad earum numerum quas inerrabiles ferunt stellas, et ut Graeci dicunt, *ἀπλανεῖς*.

Pythagoreorum et aliorum philosophorum de numero septenario sententiae commemorantur *De opificio mundi* § 100 (I, p. 34, 10—13).

ibid. § 113 (I, p. 39, 22—40, 2).

. . . οἵ γε μὴν πλάνητες, ἡ ἀντίρροπος στρατιὰ τῇ τῶν ἀπλανῶν, ἑπτὰ διακοσμοῦνται τάξεσι, πλείστην ἐπιδεικνύμενοι συμπάθειαν πρὸς ἀέρα καὶ γῆν.

ibid. § 114 (I, p. 40, 13—16).

. . . ἄρκτος γε μὴν ἥν φασι πλωτήρων εἶναι προπομπόν, ἐξ ἑπτὰ ἀστέρων συνέστηκεν εἰς ἣν ἀφορῶντες κυβερνῆται τὰς ἐν θαλάττῃ μυρίας ὁδοὺς ἀνέτειμον.

Septentrio quoque inde latine nomen aecepit, quod septem in eo fulgor stellarum irradiet, in quam maxime gubernatores quasi ducem ferunt intendere.

§ 4 = Philo ibid. § 117 (I, p. 41, 12—14),
„ „ § 119 (I, p. 41, 23—25),
„ „ § 124 (I, p. 43, 1—3).

Vix intelleguntur quae Ambrosius scribit in paragrapho quae sequitur, cui typographus in editione Migneana falsum assignavit numerum. Quid enim sibi vult Ambrosius dicens in hebdomade esse sonum? „Magna in virtutibus Spiritus sancti hebdomadis gratia, eadem tamen hebdomadam sonat, ogdoaden consecrat. In illa sonus, in ista fructus est.“ Existimaverim Ambrosium respicere quae Philo disputavit in § 126 (I, p. 43, 11—14): *στοιχείων τε τῶν ἐν γραμματικῇ τὰ λεγόμενα φωνήεντα ἑπτά ἐστιν, ἐπειδὴ καὶ ἐξ ἑαυτῶν ἔοικε φωνεῖσθαι καὶ τοῖς ἄλλοις συνταττόμενα φωνὰς ἐνάρθρους ἀποτελεῖν.* Ambrosius scilicet Philonem secutus

θείας αὔλακας ἀνατέμνοντες δι' ἡμέρας, ἔστι δ' ὅτε (καὶ νυκτὸς) μακρὸν δόλιχον ἀποτείνουσι γεωπόνου τινὸς ἐφεστῶτος“, addentis „*καὶ νυκτός*“ non commendatur. Puto Philonem scripsisse *ἔστιν ὅτε μακρόν δόλιχον κτλ.*, id est non raro boves magnum permetiuntur spatium.

contendit, in numero septenario esse sonum, cum septem sint litterae sonantes quae vocales nominantur. Iamvero numerus septenarius superatur numero octonario qui est numerus perfectionis, numerus mysticus, ut non raro apud Ambrosium scriptum est. (Expos. Evang. Luc. V, 50 p. 201, 9 sq. Sch.; ep. 26, 8; 44, 14—15.)

§ 9. Ambrosius de ortu atque obitu stellarum verba facit; similia sunt apud Philonem (§ 115 p. 40, 20—41, 3). Tamen Ambrosius non videtur verba ipsa Philonis exscripsisse, cum locutionibus e poetarum sermone sumptis Christum „stellam splendidam et matutinam“ laudibus efferat.

§ 10 = Philo ibid. § 105 (I, p. 37, 10—20).
§ 11 = „ „ § 104 (I, p. 36, 8—37, 8).
§ 13 = „ „ § 118 (I, p 41, 19—23).

Epistula 45.

Philo, de opif. mundi (I, p. 53, 19—26 Cohn.).

§ 3. . . . omnes tamen congruunt in paradiso et lignum vitae radicatum et lignum scientiae quae discernat bonum et malum, cetera quoque ligna plena vigoris, plena vivificationis, spirantia et rationabilia. Ex quibus colligitur paradisum ipsum non terrenum videri posse, non in solo aliquo, sed in nostro principali, quod animatur et vivificatur animae virtutibus et infusione Spiritus Dei. Cf. § 8 et de paradiso 1, 3—6 (p. 266, 19—367, 19 Schenkl).

...κατὰ δὲ τὸν θεῖον παράδεισον ἔμψυχα καὶ λογικὰ φυτὰ πάντ' εἶναι συμβέβηκεν, καρπὸν φέροντα τὰς ἀρετὰς καὶ προσέτι τὴν ἀδιάφθορον σύνεσιν καὶ ἀγχίνοιαν, ᾗ γνωρίζεται τὰ καλὰ καὶ τὰ αἰσχρά, ζωήν τ' ἄνοσον καὶ ἀφθαρσίαν . . . ἀλλ' ὡς ἔοικεν αἰνίττεται διὰ μὲν τοῦ παραδείσου τὸ τῆς ψυχῆς ἡγεμονικόν . . .

§ 7 = Philo ibid. § 154 (I, p. 53, 25—54, 3).
§ 9 = „ „ § 155 (I, p. 54, 4—8).
§ 10 = „ „ § 157/59 (I, p. 55, 1—56, 1).

Philo ibid. § 139 (I, p. 48, 14—19).

§ 11. Nunc intellego qua causa Dominus Deus insufflavit in faciem hominis: ibi enim sensus omnis, ibi sedes atque illecebra delectationis, in oculis auribus naribus atque in ore, ut sensus nostros adversus delectationem fortiores faceret.

Διό φησιν ἀπεικόνισμα καὶ μίμημα γεγενῆσθαι τούτου (τοῦ λόγου) τὸν ἄνθρωπον ἐμπνευσθέντα εἰς τὸ πρόσωπον, ἔνθα τῶν αἰσθήσεων ὁ ἰόπος, αἷς τὸ μὲν σῶμα ἐψύχωσεν ὁ δημιουργός, τὸν δὲ βασιλέα λογισμὸν ἐνιδρυσάμενος τῷ ἡγεμονικῷ παρέδωκε δορυφορεῖσθαι πρὸς τὰς χρωμάτων καὶ φωνῶν χυλῶν τε αὖ καὶ ἀτμῶν καὶ τῶν παραπλησίων ἀντιλήψεις, ἃς ἄνευ αἰσθήσεως δι' αὐτοῦ μόνου καταλαβεῖν οὐχ οἷός τε ἦν.

§ 14 = Philo ibid. § 141 (I, p. 49, 17—50, 2).

§ 15. Ergo liquet et quia auctor hominis Deus, et quod Deus unus non multi dii: sed unus qui mundum operatus est et unum, non multos mundos, ut dicunt philosophi.

Philo ibid. § 171 (I, p. 59, 26—60, 5).

. . . καὶ εἷς ἐστιν ὁ κόσμος, ἐπειδὴ καὶ εἷς ὁ δημιουργὸς ὁ ἐξομοιώσας αὐτῷ κατὰ τὴν μόνωσιν τὸ ἔργον . . . εἰσὶ γὰρ οἱ πλείους ὑπολαμβάνοντες εἶναι κόσμους, οἱ δὲ καὶ ἀπείρους . . .

§ 16 = Philo ibid. § 142 (I, p. 50, 2—9).

Philo ibid. § 165 (I, p. 57, 14—16).

§ 17. Caveamus ergo, ne hominem istum, id est *νοῦν*, mulier illa, id est passio sensuum nostrorum delectatione et ipsa decepta atque illusa effeminet et circumscriptum in leges suas et sententiam trahat. Cf. De paradiso 2, 11 (p. 271, 8 sq. Schenkl).

. . . ἐν ἡμῖν γὰρ ἀνδρὸς μὲν ἔχει λόγον ὁ νοῦς, γυναικὸς δ' αἴσθησις· ἡδονὴ δὲ προτέραις ἐντυγχάνει καὶ ἐνομιλεῖ ταῖς αἰσθήσεσι, δι' ὧν καὶ τὸν ἡγεμόνα νοῦν θηλύνει.

Epistula 49.

In § 4 huius epistolae Ambrosius profert sententiam quam apud Philonem quoque invenimus; tunica pellicea qua indutus Adam e paradiso expulsus est, ipsum corpus est. „. . . puto me abscondi", Ambrosius inquit, „quia corpore amictus sum. Ipsa est tunica pellicea cum qua Adam de paradiso eiectus est, nec a frigore tutus, nec tectus ab opprobrio sed et iniuriae et culpae patens." Philo s. scripturae narrationem simili modo per allegoriam explicat: „. . . tunica pellicea symbolice est pellis naturalis, id est corpus nostrum. Deus . . . ex necessitate corpus quoque facit, tunicam pelliceam illud per symbolum dicens: oportebat enim, ut intellectus et sensus velut tunica cutis induerent corpus" (Philo, Quaest. in Gen. I § 53; VI, p. 276 R., p. 35/36 Aucher, qui Philonis quaestiones e lingua armenica vertit).

Epistula 50.

In epistula 50, Chromatio missa, Ambrosius compilavit Philonis de vita Moysis librum priorem.

Philo, de vita Moysis I § 267/8 (IV, p. 183, 21—184, 1 Cohn.).

§ 6. [Balaam] . . . missis legatis honoratioribus, promissis uberioribus, muneribus cumulatioribus illectus, qui renuntiare debuerat, iterum consulendum putavit, quasi Deus aut pretio aut muneribus inflecteretur.

. . . ἕτεροι δ' εὐθὺς ἐπὶ τὴν αὐτὴν χρείαν ἐχειροτονοῦντο τῶν δοκιμοτέρων, πλείω μὲν ἐπιφερόμενοι χρήματα, περιττοτέρας δὲ δωρεὰς ὑπισχνούμενοι· δελεασθεὶς δὲ καὶ τοῖς ἤδη προτεινομένοις καὶ ταῖς μελλούσαις ἐλπίσι καὶ τὸ ἀξίωμα τῶν παρακαλούντων καταιδεσθεὶς ἐνεδίδου, πάλιν προφασιζόμενος τὸ θεῖον οὐκ ἐφ' ὑγιεῖ.

§ 8. Tunc indignatus Dominus per angelum dixit: „„Vade, sed quaecumque tibi inspiravero, haec dices“ (Num. 22, 35), id est, non quae vis, sed quae cogeris loqui. Quasi organum inane sonum meis praebebis sermonibus. Ego sum qui loquar, non tu qui ea, quae audieris, resultabis, et quae non intelleges.“

Philo ibid. § 274 (IV, p. 185, 3—7).

. . . „βάδιζε“ εἶπεν „ἐφ᾽ ἣν σπεύδεις ὁδόν· ὀνήσεις γὰρ οὐδέν, ἐμοῦ τὰ λεκτέα ὑπηκοῦντος ἄνευ τῆς σῆς διανοίας καὶ τὰ φωνῆς ὄργανα τρέποντος, ἧ δίκαιον καὶ συμφέρον· ἡνιοχήσω γὰρ ἐγὼ τὸν λόγον θεσπίζων ἕκαστα διὰ τῆς σῆς γλώττης οὐ συνιέντος“.

§ 9. „„A summis“ inquit „montibus conspiciam eum“ (Num. 23, 9) quoniam non oculis comprehendere possum hunc populum, qui habitat solus, fines suos non locorum possessione disterminans, sed virtutis incolatu et morum singularium proprietate in aeterna diffundens saecula. Quis enim annumerabitur ei de nationibus aliis, qui finitimorum populorum excedit consortia iustitiae sublimitate? Quis constitutionem generationis eius colliget? Corpora quidem eorum humanis seminibus concreta et figurata advertimus, sed de superioribus et mirabilibus seminariis animae eorum pullularunt.“

Philo ibid. § 278/9 (IV, p. 186, 6—15).

Θεάσομαι μὲν αὐτοὺς ὀφθαλμοῖς ἀφ᾽ ὑψηλοτάτων ὀρῶν καὶ τῇ διανοίᾳ καταλήψομαι, βλάψαι δ᾽ οὐκ ἂν δυναίμην λαόν, ὃς μόνος κατοικήσει, μὴ συναριθμούμενος ἑτέροις ἔθεσιν, οὐ κατὰ τόπων ἀποκλήρωσιν καὶ χώρας ἀποτομήν, ἀλλὰ κατὰ τὴν τῶν ἐξαιρέτων ἐθῶν ἰδιότητα, μὴ συναναμιγνύμενος ἄλλοις εἰς τὴν τῶν πατρίων ἐκδιαίτησιν. τίς ἐπ᾽ ἀκριβείας εὗρε τὴν πρώτην καταβολὴν τῆς τούτων γενέσεως; τὰ μὲν σώματ᾽ αὐτοῖς ἐξ ἀνθρωπίνων διεπλάσθη σπερμάτων, ἐκ δὲ θείων ἔφυσαν αἱ ψυχαί· διὸ καὶ γεγόνασιν ἀγχίσποροι θεοῦ. ἀποθάνοι μου ἡ ψυχὴ τὸν σωματικὸν βίον, ἵν᾽ ἐν ψυχαῖς δικαίων καταριθμηθῇ οἵας εἶναι συμβέβηκε τὰς τούτων.

§ 10. „Moriatur anima mea in animis eorum“ (ibid. 10) moriatur hanc corporalem vitam, ut in animis iustorum illius aeternae vitae adipiscatur gratiam.“ In quo iam tunc . . . baptismatis revelata est magnificentia . . .

§ 11. Respondit ille [Balaam]: „Calumniam patior de eo quod nescio; ego enim nihil meum loquor, sed quasi cymbalum tinniens sonum reddo.“

Philo ibid. § 281 (IV, p. 187, 1—3).

Ὁ δὲ τῆς κατοκωχῆς ἀνεθεὶς „ἀδικωτάτην“ εἶπεν „αἰτίαν ὑπομένω συνκομιζόμενος· λέγω γὰρ ἴδιον οὐδέν, ἀλλ᾽ ἅττ᾽ ἂν ὑπηχήσῃ τὸ θεῖον.“

§ 12. „Quam speciosa“ inquit „habitacula tua“ o Hebraeorum militia! „Tabernacula tua sicut nemora obumbrantia, sicut paradisus super fluvium, et sicut cedrus secus aquas“ (Num. 24, 5, 6). Exiet homo ex Iacob et obtinebit multas gentes, et attolletur

Philo ibid. § 289/90 (IV, p. 189, 6—11).

. . . ὡς καλοί σου οἱ οἶκοι, στρατία Ἑβραίων, αἱ σκηναί σου ὡς νάπαι σκιάζουσαι, ὡς παράδεισος ἐπὶ ποταμοῦ, ὡς κέδρος παρ᾽ ὕδατα. ἐξελεύσεταί ποτε ἄνθρωπος ἐξ ὑμῶν καὶ ἐπικρατήσει πολλῶν ἐθνῶν καὶ ἐπιβαίνουσα ἡ τοῦδε βασιλεία καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν πρὸς ὕψος

regnum eius in altum: in terris quoque extendet principatum suum in Aegyptum."

§ 13. ... Nam cum adverteret quod non posset in excessu mentis positus maledicere, dat consilium regi dicens: „Illa sint oracula horum, quae Deus praecepit, accipe consilium adversus oracula Dei. Populus iste iustus est, habet protectionem Dei: quia non divinationibus et auguriis se dedit, sed soli aeterno Deo, ideo ceteris fide praestat. Interdum tamen et fideles mentes corporis labuntur illecebra et formae lenocinio. Sunt tibi mulieres plurimae et pleraeque non indecores pulchritudine: virilis autem sexus nullo magis lubricus, quam muliebri decore cito capitur; et maxime si ardor mentium alloquiis inflammetur frequentibus et quasi facibus inardescat, si spem potiundi hauriat, affectum differat. Iaciant igitur mulieres tuae vocibus suis hamos, nec difficiles primos congressus suos praebeant, sed et visu faciles et dictu affabiles circumerrent et toti se circumfundant exercitui; atque hos (hac?) arte tractent viros, ut concubitu non indulgeant, nisi amoris mutui fidem consortio sacrilegii comprobaverint. Sic enim poterunt caelesti protectione destitui, si ipsi a Domino Deo suo sacrilegiis deviaverint."

ἀρθήσεται. ὁ λαὸς οὗτος ἡγεμόνι τῆς ἀπ' Αἰγύπτου πάσης ὁδοῦ κέχρηται θεῷ καθ' ἓν κέρας ἄγοντι τὴν πληθύν.

Philo ibid. § 294—299
(IV, p. 190, 2 sq.).

... ὁ δὲ „τὰ μὲν πρότερα" εἶπε „πάντ' ἐστὶ λόγια καὶ χρησμοί, τὰ δὲ μέλλοντα λέγεσθαι γνώμης τῆς ἐμῆς εἰκασίαι" ... εἰδὼς γὰρ Ἑβραίοις μίαν ὁδὸν ἀλώσεως παρανομίαν, διὰ λαγνείας καὶ ἀκολασίας, μεγάλου κακοῦ, πρὸς μεῖζον κακόν, ἀσέβειαν, ἄγειν αὐτοὺς ἐσπούδασεν ἡδονὴν δέλεαρ προθείς. „εἰσὶ" γὰρ εἶπεν, „αἱ ἐγχώριαι γυναῖκες, ὦ βασιλεῦ, διαφέρουσαι τὴν ὄψιν ἑτέρων· ἀνὴρ δὲ οὐδενὶ μᾶλλον εὐάλωτος ἢ γυναικὸς εὐμορφίᾳ. ταῖς οὖν περικαλλεστάταις ἐὰν ἐπιτρέψῃς μισθαρνεῖν καὶ δημοσιεύειν, ἀγκιστρεύσονται τὴν νεότητα τῶν ἀντιπάλων. ὑφηγητέον δὲ αὐταῖς, μὴ εὐθὺς ἐμπαρέχεσθαι τοῖς ἐθέλουσι τὴν ὥραν· ὁ γὰρ ἀκκισμὸς ὑποκνίζων τὰς ὁρμὰς ἐπεγείρει μᾶλλον καὶ τοὺς ἔρωτας ἀναφλέγει· τραχηλιζόμενοι δὲ ταῖς ἐπιθυμίαις πάνθ' ὑπομενοῦσι δρᾶν τε καὶ πάσχειν. πρὸς δὲ τὸν οὕτω διακείμενον ἐραστὴν λεγέτω φρονιμωτέρη τις τῶν ἐπὶ θήραν ἀλειφομένων· „οὐ θέμις ὁμιλίας σοι τῆς ἐμῆς ἀπολαῦσαι, πρὶν ἂν ἐκδιαιτηθῇς μὲν τὰ πάτρια, μεταβαλὼν δὲ τιμήσῃς ἅπερ ἐγώ. πίστις δέ μοι τῆς βεβαίου μεταβολῆς γένοιτ' ἂν ἀρίδηλος, ἢν ἐθελήσῃς μετασχεῖν τῶν αὐτῶν σπονδῶν τε καὶ θυσιῶν, ἃς ἀγάλμασι καὶ ξοάνοις καὶ τοῖς λοιποῖς ἀφιδρύμασι ἐπιτελοῦμεν."

Epistula 58.

Illud Ambrosii (§ 16) quod dicit, eum qui in Aegyptiis confidat „luxuriis deditum esse, mancipatum lasciviae" in mentem revocat id quod Philo non semel de allegoria nominis Aegypti disputat. Aegyptus enim, si Philonem interpretantem sequimur, significat libidinem et luxuriam. Locos praecipuos collegerunt iam Siegfriedius [1]) et Heinischius [2]). Ambrosius an similitudinem qua

[1]) Philo von Alexandria. Jena 1875, index s. v. Ägypten.

[2]) Der Einfluß Philos auf die älteste christl. Exegese. Münster 1908, p. 110.

usus vestimenta cum virtutibus confert (in fine § 16) debeat Philoni, apud quem scriptum est: „*δεῖ τὸν σοφόν . . . τὴν ἀποίκιλον ἀληθείας ἐνδύεσθαι στολήν, ἧς οὐδὲν ἐφάψεται θνητόν — καὶ γάρ ἐστι λινῆς ὕλης ἐξ οὐδενὸς τῶν πεφυκότων ἀποθνήσκειν γεννωμένης κτλ*“ [1]) (Ambrosius l. c. „qui duobus istis flagitiorum generibus [perfidiae et luxuriae] dederit animam suam, exuitur indumento, non vestis laneae, sed vividae virtutis, cuius amictus non temporalis, sed aeternus est), dubium est. Eandem similitudinem adhibuit Ambrosius in expositione Ev. Lucae IX, 9 (p. 440, 19 Sch.); plura huius similitudinis exempla collegit Weymanius, Hist. Jahrbuch 1908 p. 589, 1909 p. 294.

Epistula 64.

§ 2 = Philo, de fuga et inventione § 137/39 (III, p. 139, 2—140, 2 Wendland).

Epistula 65.

§ 2 = Philo, quis rer. div. heres. § 182 (III, p. 42, 1 sq. Wendland).
§ 5 (cf. § 8) = Philo ibid. § 184/5 (III, p. 42, 15—19).

Epistula 67.

§ 3 = Philo, de fuga et inv. § 157 (III, p. 144, 1—3).
§ 4 = Philo ibid. § 157/8 (III, p. 144, 3—6).
§ 6/7 = „ „ § 157 (III, p. 144, 1—2),
§ 159/60 (III, p. 144, 13—145, 8).

His de Philonis imitatione disputatis, iam cognoscimus, quam studiose Ambrosius Philonem legerit. „Ac re vera“ — ita iure Schenklius [2]) — „quae Tullius ad Atticum (XII, 52, 3) scripsit de libris suis ad philosophiam spectantibus, quos tam brevi temporis spatio confecit: „„dices: qui talia conscribis? *ἀπόγραφα* sunt: minore labore fiunt; verba tantum adfero““, ea de libris suis“ — adiunge de compluribus epistulis suis — „iure dicere potuit Ambrosius“. Iamvero ut totam quaestionem paucis comprehendam, haec statuenda videntur:

1. Ambrosius Philoni debet non solum ea quae ad formam, sed etiam ea quae ad rem spectant. Satis erit legere epistulas 43, 44, 45 in quibus tot sententias ab Ambrosio e Philonis de opificio mundi libro depromptas conspicimus, ut nemo iam dubitare possit quin philosophi Iudaei sententias Ambrosius fecerit suas.

[1]) Philo de ebrietate § 86 Wendland.
[2]) S. Ambrosii opera, Corpus Script. Lat. XXXII, 1. Praefatio p. XXIII.

2. Ambrosius explicans atque exornans ea quae a Philone proponuntur, ita saepe procedit, ut Philonis cogitationem ad doctrinam christianam accommodet. Ambrosius — ut unum exemplum afferam — Philonem secutus explicat illud Numerorum 23, 10 „Moriatur anima mea in animis iustorum“ (Ep. 50, 10 cf. supra); at paulatim sententiam ita conformat, ut intexere et adicere possit ea quae in doctrina christiana de vita aeterna et de baptismate traduntur (cf. Ep. 7, 10; 43, 9; 45, 3 etc.).

3. Praeterea addit locos, quos cum ex iis veteris testamenti libris, qui rarius a Philone afferuntur, tum e novo testamento sumpsit (Ep. 2, 22; 7, 21; 8, 16; 28, 1); exemplis hominum insignium a Philone allatis substituit ea quae apud christianos clara sunt. Velut in epistulae 38 paragraphis 36/37 non praedicantur Zeno aut Anaxagoras aut mulieres Danaidae a Macedonibus captae aut Polyxena sed victoriae martyrum ut Laurentii, Agnetis, Pelagiae. Interdum, ut Philonis cogitationem scite atque ornate redderet, flosculis e Vergilio decerptis usus est velut Ep. 28, 5; 37, 13; 43, 17 alibi.

4. Aliquoties Ambrosius Philonem ob artem rhetoricam apud ipsum conspicuam imitatus est; magni enim Ambrosium rhetorum lenocinia fecisse iam diximus [1]). Cur enim hoc unum: „*εἰς θάνατον ὡς ἐπ' ἀθανασίαν ὁρμᾶν*“ „quae ad mortem quasi ad immortalitatem festinaverunt“ (cf. p. 12) ex toto capite 18 libri qui inscribitur „Quod omnis probus liber“ transtulit nisi quia figuram contentionis, quam *ἀντίθεσιν* Graeci appellant, in deliciis habet [2])? Figuram oxymori quam vocant „sobrietatis ebrietas“ (Ep. 63, 31, cf. de Cain et Abel I. 5, 19 [p. 355, 25 Sch.]) Ambrosius certo Philoni debet qui hac figura non semel usus est (De opificio mundi § 71, I p. 24, 3 Cohn.; plura exempla collegit Kochius, Pseudo Dionysius Areopagita in seinen Beziehungen zum Neuplatonismus und Mysterienwesen. Mainz 1900, p. 141 nota 1).

Haec ex epistulis, quae sunt vel maxime varii argumenti, certo colligere licuit. Qua scientia instructus si quis ad cetera Ambrosii opera accedit, et rectiore iudicio et feliciore eventu de Ambrosii studiis Philoneis poterit existimare.

[1]) Cf. p. 6 nota 1. Optimae sunt observationes C. Weymani, Gött. Gel. Anz. 1903 I, p. 456 sq.

[2]) Notissimam hanc inter vitam et mortem contentionem saepe usurpat Ambrosius. Ep. 50, 10; De excessu Satyri II, 40; De paradiso IX, 44 (p. 301, 18 Sch.); De Noe X, 34 (p. 434, 16 Sch.); cf. Archiv XIV, p. 57.

2. De Iosepho Flavio.

Vetus est controversia, quisnam fuerit auctor quinque Hegesippi, qui dicitur, de bello Iudaico librorum. Iam constat inter viros doctos Hegesippum illum personatum esse ipsum Ambrosium iuvenem; rationes sane, quibus adducimur, ut Ambrosium latine vertisse Iosephi libros credamus, tanti sunt ponderis, ut dubitare adhuc vix liceat [1]). Nec vero solum Iosephi de bello Iudaico libros, sed etiam, quos de antiquitatibus Iudaicis conscripsit, et cognovit et adhibuit Ambrosius, ut praecipue ex epistulis 6 et 19 apparet [2]).

Epistula 6.

In epistulis 5 et 6 agitur de causa Indiciae, virginis consecratae, quae a Syagrio episcopo iniuste fuerat condemnata. Epistula quinta litem enarrat, Ambrosii sententiam proponit; sexta epistula familiaris potius est. Magnam re vera utilitatem habet, de epistula sexta paulo accuratius disputare, cum luculentum sit exemplum elocutionis et artis rhetoricae, quibus Ambrosius usus est. Longe major epistulae pars — a § 3 usque ad § 19 — continet narrationem eorum quae libro Iudicum cap. 19—21 traduntur. Sed Ambrosius ieiuna historiae expositione non contentus locis e libro quinto Iosephi antiquitatum sumptis exornavit narrationem, deinde colorem Sallustianum imitatus est, denique, ut ornatissime diceret, e Vergilio et Lucano — est illud Phars. I 2 sq. — lenocinia petivit (Ep. 6, 14). Quod ut illustrem, Ambrosii epistulam cum libro Iudicum et Iosephi antiquitatum libro quinto conferre iuvabit. Sic apparebit, ubi Ambrosius vel scripturam sacram vel Iosephum secutus sit, ubi de suo addiderit.

---

[1]) Ihm, studia Ambrosiana p. 61; Weyman, Archiv XIV, p. 58 sq. Nuperrime de quaestione Hegesippiana disseruit O. Scholzius in commentationibus historiae ecclesiasticae (Kirchengeschichtliche Abhandlungen, herausgeg. von M. Sdralek, Bd. VIII, Breslau 1909, S. 149—195). Scholzius Ambrosium auctorem librorum, qui vulgo Hegesippo attribuuntur, non esse demonstrare conatus est; sed quae protulit, iis mihi non persuasit.

[2]) Cf. Ihm, l. c. p. 66.

Ambr. ep. 6.

§ 3. Levites vir, animo maior quam opibus, habitabat in partibus montis Ephraem: ei quippe tribui sortito obtigerat locus *in possessionem terrae datus pro funiculo hereditatis*[1]) (1 Par. 16,18). Is sibi accepit ingalem de Iuda Bethleem. *Et ut se habent prima copularum exordia,* ardebat iuvenculam immodica animi cupiditate: simul quia similibus eius non fungebatur, exardescebat magis magisque possessione, atque *immane quantum exaestuabat* (Sall. Hist. II 44 M.). Unde quia nihil referebatur ex parte adulescentulae, *vel levitate amoris, vel vi doloris* quod haudquaquam mercede pari secum decerneret, cum eadem expostulabat, hinc frequens iurgium, quo mulier offensa, claves remittit, domum revertit. § 4. At ille amore victus, qui quod speraret non habebat aliud, cum quartum iam mensem fluere, cerneret, eo contendit, fretus quod consilio parentum emolliretur animus adulescentulae. Occurrit pro foribus socer, generum introduxit, filiam reconciliavit, et *ut laetiores dimitteret,* triduo tenuit, *quasi repararet nuptias:* ac volenti abire quartum quoque diem comperen-

Iud. 19.

1. Fuit quidam vir levites habitans in latere montis Ephraim, qui accepit uxorem de Bethlehem Iuda.

[2] Quae reliquit eum et reversa est in domum patris sui in Bethlehem, mansitque apud eum quattuor mensibus. [3] Secutusque est eam vir suus, volens reconciliari ei atque blandiri et secum reducere habens in comitatu puerum et duos asinos. Quae suscepit eum et introduxit in domum patris sui. Quod cum audisset socer eius, eumque vidisset, occurrit ei laetus, [4] et amplexatus est hominem. Mansitque gener in domo soceri tribus diebus, comedens cum eo et

Iosephi Ant. Iud. V, § 136 Niese.

§ 136. *Λευίτης ἀνὴρ τῶν δημοτικωτέρων τῆς Ἐφράνον κληρουχίας ὢν καὶ ἐν ἐκείνῃ κατοικῶν ἄγεται γύναιον ἀπὸ Βηθλέμων, τῆς δὲ Ἰούδα φυλῆς τοῦτ' ἔστι τὸ χωρίον. ἐρῶν δὲ σφόδρα τῆς γυναικὸς καὶ τσῦ κάλλους αὐτῆς ἡττημένος ἠτύχει τῶν παρ' ἐκείνης οὐχ ὁμοίων πειρώμενος.*

§ 137. ... *ἀλλοτρίως δὲ αὐτῆς ἐχούσης καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον ἐκκαιομένου τῷ πάθει μέμψεις συνεχεῖς αὐτοῖς ἐγίνοντο καὶ τέλος ἡ γυνὴ πρὸς αὐτὰς βαρυνομένη καταλιποῦσα τὸν ἄνδρα πρὸς τοὺς γονεῖς παραγίνεται μηνὶ τετάρτῳ. χαλεπῶς δὲ φέρων ὁ ἀνὴρ ἐπὶ τῷ ἔρωτι ἦκε πρὸς τοὺς πενθεροὺς καὶ διαλυσάμενος τὰς μέμψεις καταλλάττεται πρὸς αὐτήν.*

[1]) Hac scriptura notantur quae Ambrosius narrationi addidit.

Ambr.

dinavit, praetento humanitatis specie *moras innectendo* (Verg. Aen. 4, 51). Pari modo cum etiam quintum diem vellet adiungere superioribus et iam novae deessent causae morandi, paterno tamen affectu retinendae filiae desiderium non deforet, promissam profectionis copiam distulit in meridiem, ut viam cibo curati adorirentur. Post epulas quoque volens dilationem attexere, eo quod iam vesper appropinquaret, generi precibus aegre licet tamen acquievit.

§ 5. Ille iter suum perrexit *laetus animi, quod dilectam sibi recuperavisset.* Qui uno comitati servulo, cum iam declinaret dies, *festino viam celerabant gradu* (Verg. Aen. 5, 609). Mulier vehebatur iumento, *viro nullus sensus laboris, qui fructu desiderii simul et vario mu-*

Iud.

bibens familiariter. [5] Die autem quarto, de nocte consurgens, proficisci voluit; quem tenuit socer et ait ad eum: „Gusta prius pauxillum panis et conforta stomachum et sic proficisceris.“ [6] Sederuntque simul ac comederunt et liberunt. Dixitque pater puellae ad generum suum: „Quaeso te, ut hodie hic maneas pariterque laetemur.“ [7] At ille consurgens, coepit velle proficisci. Et nihilominus obnixe eum socer tenuit et apud se fecit manere. [8] Mane autem facto parabat levites iter, cui socer rursum: „Oro te“, inquit, „ut paululum cibi capias et assumptis viribus, donec increscat dies, postea proficiscaris.“ Comederunt ergo simul, [9] surrexitque adolescens, ut pergeret cum uxore sua et puero. Cui rursum locutus est socer: „Considera quod dies ad occasum proclivior sit et propinquet ad vesperum; mane apud me etiam hodie et duc laetum diem, et cras proficisceris, ut vadas in domum tuam. [10] Noluit gener acquiescere sermonibus eius, sed statim perrexit, et venit contra Iebus, quae altero nomine vocatur Ierusalem, ducens secum duos asinos mustos et concubinam.

Ios.

138. . . . *καὶ τέτταρας μὲν ἡμέρας προσαυτόθι διαιτᾶται, φιλοφρονουμένων αὐτὸν τῶν γονέων, τῇ δὲ πέμπτῃ δόξαν ἀπιέναι πρὸς αὐτὸν περὶ δείλην ἔξεισι· βραδίον γὰρ ἀπέλυον οἱ γονεῖς τὴν θυγατέρα καὶ τῆς ἡμέρας τριβὴν ἐποιοῦντο.*

. . . *θεράπων δ' αὐτοῖς εἷς εἵπετο καὶ ὄνος ἦν αὐτοῖς, ἐφ' ἧς ὠχεῖτο τὸ γύναιον.* § 139. *γενομένων δ' αὐτῶν κατὰ Ἱεροσόλυμα, σταδίους ἐληλύθεσαν ἤδη τριάκοντα, συνεβούλευεν ὁ θεράπων καταχθῆναί που, μὴ καὶ τι τῆς νυκτὸς αὐτοὺς ὁ δεύοντας καταλάβῃ δύσκολον καὶ ταῦτα οὐδὲ πόρρω*

Ambr.

lieris ac vernaculi sermone viam levaret (Verg. Aen. 8, 309). Denique ubi Hierosolymam appropinquarunt, quae triginta stadiis aberat, quam tunc temporis Iebusaei tenebant, suggessit puer deflectendum in civitatem, quia sub noctem suspecta essent etiamilla,quaetutiorasunt, cavendaque tenebrarum ambigua, maxime quia locorum incolae non essent de filiis Israel. Et ideo praevertendum, ne quid adversa studia gerentes insidiarum inferrent, *obscuro noctis* (Verg. Georg. 1, 478) *dolum quaerentibus ad perpetrandum facinus satis opportuno.* Sed domino eius haudquam placuit sententia, ut inter alienigenas hospitio succederent, cum Gaba et Rama non longe abessent civitates Beniamin. Itaque praevalens sententia posthabuit servuli suggestionem, *quasi ex condicione consilium aestimaretur et non consilio quamvis infima condicio allevaretur.* Et iam sol in occasu occurrit cum iam urgeretur vespere in civitatem succedere.

Iud.

[11] Iamque erant iuxta Iebus et dies mutabatur in noctem, dixitque puer ad dominum suum: „Veni obsecro, declinemus ad urbem Iebusaeorum et maneamus in ea."

[12] Cui respondit dominus: Non ingrediar oppidum gentis alienae, quae non est de filiis Israel, sed transibo usque Gabaad. [13] Et cum illuc pervenero, manebimus in ea aut certe in urbe Rama. [14] Transierunt ergo Iebus et coeptum carpebant iter, occubuitque eis sol iuxta Gabaa, quae est in tribu Beniamin.

Ios.

πολεμίων ὄντας, τοῦ καιροῦ πολλάκις ἐπισφαλῆ καὶ ὕποπτα ποιοῦντος καὶ τὰ φίλα.

§ 140. . . . *τῷ δ' οὐκ ἤρεσεν ἡ γνώμη παρ' ἀλλοφύλοις ἀνδράσι ξενοῦσθαι, Χαναναίων γὰρ ἦν ἡ πόλις, ἀλλὰ προελθόντας εἴκοσι στάδια εἰς οἰκείαν ἠξίου κατάγεσθαι πόλιν, καὶ κρατήσας τῇ γνώμῃ παρῆν εἰς Γαβὰν φυλῆς τῆς Βενιαμίτιδος ἤδη ὀψίας οὔσης.*

Idem dicendum est de ceteris narrationis partibus quas exscribere longum est. Consentiunt inter se:

§ 6 = Iud., 19, 17—21, et = Ios. Ant. V, 141, 142.
§ 7 = Ios. Ant. V, 143 (p. 320, 22—321, 3 Niese).

In hac paragrapho aperte cognoscitur Ambrosium sequi Iosephum scripturae narrationem paulisper immutantem. Traditur enim libro iudicum Gabaonitas virum ad explendam libidinem postula-

visse, Iosephi autem libro ipsos pulchritudine mulieris illectos potivisse, ut mulier se prostitueret.

§ 8/9 = Ios. Ant. V, 143/149 (p. 321, 3 sq. N.).
§ 10 = Ios. Ant. V, 149—155, et = Iud. 20, 1.
§ 11 = Iud. 20, 13—16.
§ 12/13 = Iud. 20, 26—21, 1.
§ 14 = Ios. Ant. V, 166/7.
§ 15 = Iud. 21, 4—14.
§ 16/17 = Ios. Ant. V, 168—174 (p. 325, 20 sq.).

Epistula 19.

Epistula 19 ad Vigilium data, qui paulo ante episcopus creatus erat, continet narrationem Samsonis, cuius res gestae referuntur, ut et ab auctore libri Iudicum et Iosepho Flavio erant narratae. Iosephus ipse, cuius nomen, uti fere Ambrosii mos est, reticetur, significatur in § 12 verbis „ut quidam existimavit“, ea sane ratione, ut sententia eius refutetur. Ambrosius Vigilium adhortatur — haec summa epistulae est — ut impediat quominus christiani cum gentilibus matrimonium ineant, id quod praecipue vita Samsonis mulieris gentilis dolo pereuntis probatur.

Iam in § 2 est imitatio Iosephi notatu digna. Scripsit Ambrosius: „Mesopotamia autem regio est in partibus orientis, quae duobus maximis per ea locorum Euphrate et Tigri fluminibus circumvenitur, quibus origo est in Armeniae locis. Influunt autem diverso meatu in mare Rubrum.“ Qua geographiae ignorantia offensi editores Romani textum Ambrosii corruptum esse censentes, mare Persicum substituerunt. Sed quod traditur libris manuscriptis servandum est; hausit enim Ambrosius hanc notitiam e Iosephi antiquitatum libro primo cap. 3 (§ 38 N.).

Quaeritur quibus locis Ambrosius vel Iosephi librum antiquitatum vel librum iudicum vel utrumque exscripserit.

§ 10/12 = Ios. Ant. V, § 276—284.

Mirum est quo modo Ambrosius verbis apud Iosephum scriptis narrationem ornaverit. De Manoche Samsonis patre Iosephus haec scribit: „*Μανώχης τις, Δανιτῶν ἐν ὀλίγοις ἄριστος καὶ τῆς πατρίδος ὁμολογουμένως πρῶτος κτλ.*“ Hoc ad Samsonem transtulit Ambrosius scribens § 10: „Samson . . . in paucis praestantissimus, et quod sine ulla controversia sit viribus corporis . . . primus.“

§ 12/14 = Ios. Ant. V, 286—288, et = Iud. 14, 1—9.
§ 15 = Ios. Ant. V, 289—290, et = Iud. 14, 14.
§ 16/18 = Ios. Ant. V, 291—296, et = Iud. 14, 18—15, 6.

§ 19 = Ios. Ant. V, 297, et = Iud. 15, 7—10.
§ 20/22 = Ios. Ant. V, 298—300.
§ 23 = Ios. Ant. V, 301, et = Iud. 15, 16.
§ 24 = Ios. Ant. V, 302—303, et = Iud. 15, 18. 19.
§ 25 = Ios. Ant. V, 304—305.
§ 26 = Ios. Ant. V, 306—307 (p. 351, 13—19 N.), et = Iud. 16, 4. 5.
§ 27 = Ios. Ant. V, 307—310 (p. 351, 19—352, 7 N.).
§ 28 = Ios. Ant. V, 310—312 (p. 352, 7 sq. N.), et = Iud. 16, 11—14.
§ 29/30 = Ios. Ant. V, 312, 313, et = Iud. 16, 15—21.
§ 31/32 = Iud. 16, 22—31.
§ 33 = Ios. Ant. V, 317.

Epistularum textu cum Iosephi narratione conlato perspicimus quo modo Ambrosius Iosephi librum compilaverit; coniunxit ea quae in libro iudicum tradebantur cum iis quae Iosephus utpote scriptor qui praecepta historiae scribendae optime callebat, ornatius saepe quam verius proposuerat. Proximum est, ut de iis quae Ambrosius de suo epistulis adiecerit, nonnulla observemus.

Ut s. scripturae narrationem lepidam, et elegantem redderet, praecipue ex ampullis rhetorum, uti dicunt, Ambrosius ornamenta orationis deprompsit. Cuius rei ut exemplum quoddam afferamus consideremus orationem a Samsone ad Palaestinos habitam (Ep. 19, 20). Rhetorum praecepta secutus Ambrosius hanc orationem finxit et fictae non paucos flosculos rhetoricos inseruit.

Palaestini — iidem sunt quos vulgo Philisthaeos appellamus — a Iudaeis postulaverant, ut Samsonem vinctum traderent. Itaque tria milia Iudaeorum contra Samsonem egressi erant, quos vir fortissimus his verbis allocutus est:

„Et quae“ inquit „iustitiae forma est, genus Abrahamidarum ut circumscriptae primo coniugis, deinde abductae perniciosa mihi vindicta sit et sine periculo domesticam iniuriam non licuerit ulcisci? Tantumne inclinatis animos ad turpe vernularum obsequium, ut exsecutores vos alienae praebeatis insolentiae atque in vosmet ipsos vertatis manus? Si pereundum est, quia dolorem habeo liberum, iuvat perire manibus Palaestinorum. Tentata domus, sollicitata uxor: si non licuit mihi vivere sine eorum fraude, saltem liceat mori sine meorum scelere. Rettuli ego acceptam iniuriam, non intuli. Vos aestimate, an digna vicissitudo fuerit. Illi de damno fructuum queruntur, ego de coniugis amnissione; conferte manipulos messis et sociam tori. Dolorem meum ipsi probarunt, cuius iniurias vindicaverunt. Videte quo vos ministerio dignos putant. A vobis eum in mortem affici volunt, quem ipsi

ultione dignum de iis, qui laeserant, iudicaverunt et qui vindictae praebuere ministerium. Sed si adeo subdita superbis colla geritis, tradite me hostium manibus: vos nolite occidere. Non mortem abnuo, sed vestrum fugio contagium. Verum si formidine ceditis insolentibus, alligate vinculis manus; inermes, licet, invenient sibi arma nodis solutae. Certe condicioni impositae satis futurum arbitrati sunt, si viventem in potestatem daretis."

Orationem ad artis rhetoricae praecepta conformatam esse facile apparet. Attende ad voces poeticas: „genus Abrahamidarum" = Iudaei, „vernula" = servus. Vergilii est illud: „si pereundum est, quia dolorem habui liberum, iuvat perire manibus Palaestinorum" = Verg. Aen. 3, 606, „si pereo, hominum manibus periisse iuvabit". Verba „subdita superbis colla geritis" conferenda sunt cum Tibulli carm. I 2. 92. „Veneris vinclis subdere colla senem" et cum Silii Pun. X, 216 „Fortunae subdere colla nescius" et cum Luc. Phars. IX, 1083 „ne sic mea colla gerantur". Brevitati orationis Ambrosius studet Sallustii premens vestigia: „tentata domus, sollicitata uxor — si non licet mihi vivere sine eorum fraude, saltem liceat mori sine meorum scelere", ubi simul parallelismo membrorum et figura contentionis usus est. Iterum occurrit figura contentionis *(ἀντίθεσις)*: „Illi de damno fructuum queruntur, ego de coniugis amissione; conferte manipulos messis et sociam tori." Sequitur figura adnominationis: „Rettuli ergo acceptam iniuriam, non intuli." Ad extremum est personificatio manuum, quae, licet inermes, ut sibi arma invenirent, optat.

Iam accurratius de arte rhetorica, qua utitur Ambrosius, disputemus. Rhetores cum gentiles tum christianos ornandae orationis causa poetis viam et portam pateficisse constat. Novies Ambrosius in epistulis 6 et 19 Vergilium expressit, praeterea saepe poetica et rariora vocabula [1]) prosae orationis vocabulis praefert velut:

Ep. 6, 3 iugalis = mulier (cf. Verg. Aen. 4, 16).
6, 3 ardebat iuvenculam immodica cupiditate; 6, 8 ardebant formam iuvencula. Cf. Verg. Ecl. 2, 1 Formosum pastor Corydon ardebat Alexim.
6, 10 omnes in bellum exarsere (cf. Verg. Aen. 7, 445).
6, 15 virilis tori exsortes reservarent adulescentulas; 6, 8 virum legitimi tori subnixum copula.

[1]) De Vergilii et Sallustii imitatione fusius infra disseram.

Ep. 6, 9 ubi lux finem intemperantiae dedit (cf. Verg. Aen. 6, 76 finem dedit ore loquendi).

19, 11 suboles = filius (cf. Verg. Aen. 4, 327 Ecl. 4, 49).

19, 13 pignus = filius (cf. Ovid. Met. 3, 134 cum adnotatione Hauptii).

19, 22 spelaeum = specus (cf. Verg. Ecl. 10, 52 Skutsch, Vergils Frühzeit II p. 95).

19, 32 mares = viri.

19, 33 in lumine vitae positus (cf. Lucretium 3, 1042, Bücheler C. E. L. I, 395, 2).

Formam rarissimam „adorsus" (pro usitata adortus) Ambrosius adhibuit ep. 19, 19 (Vide quae de hac forma disputavit Landgrafius, Archiv XII p. 469).

Deinceps substantiva quae deminutiva vocantur, inseruit:

Ep. 6, 3. 19, 18 iuvencula; 6, 4. 19, 13 adulescentula 6, 5 servulus, vernaculus.

Locis opportunis Ambrosius considerationes et adhortationes proposuit; est tropus ille, quem vulgo sententiam *(γνώμην)* appellant.

Ep. 6, 5 „quasi ex conditione consilium aestimaretur et non consilio quamvis infima conditio allevaretur."

6, 13 „nam secundae res cautionis admonent; in adversis ultio pro victoria adhibetur."

6, 17 „documentum exhibens, quod magno exitio sit insolentibus vindicta pudicitiae et laesae castitatis ultio."

19, 9 „Tunc enim Deo subditi sumus, cum adversis aliquibus urgemur: secundae res mentem extollunt."

19, 14 „Apud sponsam credidit exuvias futuras, cum talium rerum tempora non terribilibus spoliis, sed mitibus gaudiis et festa fronde fiant venustiora" (cf. Verg. Aen. 2, 249).

Postremo, ut narrationem quasi in dulcedinem fabulae componeret, non pauca in Iosephi vel s. scripturae relatione adumbrata, amplificavit, nova — et eleganter quidem — finxit. Habes illud rhetorum artificium, quod *περίφρασιν* Graeci vocant.

Ep. 6, 3 „Et ut se habent prima copularum exordia . . ." complura exempla insunt paragraphis quas supra exscripsimus inde a pagina 22.

6, 6 „Gabaonitae incolebant locum, inhospitales, inmites, intolerabiles . . ."

Ep. 6, 9 „Egressus itaque levita, cum iacentem [mulierem] invenisset, arbitratus, quod verecundia vultum nequaquam attollere auderet, consolari coepit, quia non voluntate, sed invita tantae iniuriae succubuisset.“

19, 14 describitur, quomodo Samson leonis cadaver in loco silvestri proiecerit: „Ruentem [leonem] in se brachiis amplexus necat et lacertorum nodo exanimatum praeter aggerem supra silvestria germina proiecit ac dereliquit. Locus erat laetus pabuli herboso gramine, vinetis consitus.“

3. De Origene.

De ratione, quae sit inter Origenem, celeberrimum illum theologum Alexandrinum, et Ambrosium, raro a viris doctis disputatum est [1]). Ambrosius tribus locis Origenis nomen adfert: De Abraham II, 8. 54 (p. 608, 10 Sch.), Expositio ps. 118. 4, 16 ep. 75, 1; eundem saepius Origenis scripta in usum suum convertisse Hieronymus asserit [2]). Cum operae sane pretium sit cognoscere, quomodo Ambrosius ab Origene pendeat, paucis commemorabo Ambrosii libros, quibus Origeniana continentur.

1. Exameron. Hieronymus Ambrosium Hexaemeron Origenis compilavisse asserit (ep. 84, 7); sed huic rei tantam fidem habendam non esse recte Schenklius iudicavit „Cum maxima certe ex parte quae Exameron continentur, ad ipsum Basilium vel alios revocare possimus, iam patet Ambrosium non multa ex Origene sumpsisse atque Hieronymum parum diligenter vel etiam inique de hoc libro iudicasse“ [3]). Adfert vir doctus paucos locos, quibus revera Ambrosium Origenem respexisse suspicari licet.

2. De Isaac et anima Ambrosium Origenis in Canticum canticorum commentarios adhibuisse, Schenklius contendit [4]). Bonwetschius vero docuit Ambrosium imprimis Hippolyti in Canticum commentarium, qui nuper detectus est, compilavisse [5]). Videtur ergo Ambrosius utroque commentario usus esse — mihi quidem res nondum est diiudicata, sed quaestionem solvere huius loci non est.

---

[1]) Pauca sunt apud Försterum. Ambrosius, Halle 1884, p. 112—117, Verhältnis zu Origenes.

[2]) Cf. Ihm, Studia Ambr. p. 81 nota 16.

[3]) S. Ambrosii opera, Corpus script. eccl. lat. XXXII, 1. Vindobonae 1897, Praef. p. XIII/XIV.

[4]) Ibidem p. XXX, XXXI.

[5]) Hippolyts Kommentar zum Hohenlied auf Grund von N. Marrs Ausgabe des grusinischen Textes. Texte und Untersuchungen. N. F. VIII, 2. Leipzig 1902.

3. In sermonibus qui inscribuntur de interpellatione Iob et David Ambrosius multas explicationes ex Origenis in Iob homiliis petiisse Klostermannus observavit [1]). Sed obiter tantummodo attigit vir doctus quaestionem quae accuratiore indiget disquisitione.

4. In expositione Evangelii secundum Lucam Ambrosium Origenem respexisse Schenklius ostendit [2]). Ita egregie vir doctus: „In huius operis libris primo et secundo Origenis in Lucam homilias [Ambrosius] expilavit ita, ut eius explicatio fere tota pendeat ab eis quae apud Origenem leguntur. Si contuleris quae uterque communia habet, videbis Ambrosium in quibusdam verbum pro verbo reddidisse, plerumque autem locorum sententias ex Origene sumptas suis verbis explicavisse."

5. Quaenam Ambrosius in commentariis quos de psalmis conscripsit, Origeni debeat, expositum est a Kellnero [3]). De psalmo 118 plura invenies apud Pitram, Analecta sacra III (1883).

Permulta Origenis opera cum non iam supersint, in hoc incommodo opportune accidit quod habemus commentarios eorum, qui Origenis scripta compilaverunt. Ita circumitione quadam utendum est, ut concludere possimus in quibusnam epistulis Ambrosius Origenis vestigiis ingressus sit. Atque in epistulis 30. 31. 70, ut recuperemus Origenis expositionem, adeundi sunt Hieronymi commentarii, in epistulis 34. 35. 36. 72 versio commentariorum, quos in epistulam ad Romanos Origenes scripsit, a Rufino confecta.

Epistulae 30. 31. 70.

Epistulae 30 et 31 Irenaeo, epistula 70 Horontiano missae sunt. Epistula 30 continet explanationem nonnullorum locorum, qui ex Aggaeo propheta sumpti sunt; in epistula 31 exponitur illud Ioelis I, 9: „Lamentare ad me super sponsam praecinctam sacco in virum eius virginalem"; in epistula 70 Ambrosius commentatur de nonnullis Micheae prophetae locis. Origenis de parvis quos vocant prophetis commentarii servati non sunt [4]); sed usus

[1]) Die Überlieferung der Jeremia-Homilien des Origenes. Texte und Untersuchungen. N. F. I, 3. Leipzig 1897, p. 57.

[2]) S. Ambrosii opera, Corpus script. lat. XXXII, 4. Vindobonae 1902, p. XIII.

[3]) Ambrosius als Ausleger des Alten Testamentes. Regensburg 1893, p. 136 sq.

[4]) Cf. Bardenhewer, Geschichte der altkirchlichen Literatur II. Freiburg 1903, p. 111 sq.

est commentariis eius Hieronymus. At minime ad verbum Hieronymus Origenis commentarios vertit, certe suppressit locos doctrinae catholicae non conformes, plurima ex aliis auctoribus addidit [1]). Ita factum est, ut ratio qua Ambrosius Origenem compilaverit, minus clare perspiciatur.

Epistula 30 docet habitandum non esse in locis inferioribus more luxuriosorum, sed imitandum esse exemplum sanctorum, qui in editioribus locis, id est in mentibus propriis, aedificent templum Domino. Allegorice Ambrosius prophetam interpretatus est, similem explanationem Hieronymus proposuit, cuius consensus ratio ea est, ut uterque sequatur Origenem.

Epistula 30.

1. „Si tempus vobis est, ut habitetis in domibus caelatis?“ (Agg. 1, 4.) Quid ergo istud est, nisi in superioribus habitandum, non in valestribus et subterraneis habitaculis? Qui enim infra terram habitant, non possunt aedificare templum Dei et dicunt: „Non venit tempus, ut aedificetur domus Domini“ (ibid. 2); simul quia luxuriosorum est hypogaea quaerere, captantium frigus aestivum, eo quod resoluti deliciis aestus aliter ferre ac tolerare non queant et ideo requirant umbrosa penetralia, vel quod desidiosi ignava sub terra agant otia, deinde quod tenebrosa illos et opaca delectent magis quibus operiri flagitia sua credant.

7. . . . nec audit vocem Aggaei, id est epulantis, ut interpretatio declarat . . . Quomodo enim vocem eius audit, qui opera eius non videt? Nam si videret, audiret verbum, quod in eius manu factum est, delectatus eius actibus, quibus pulsavit, et apertum est ei, et descendit in eius animam, ut epuletur in eo „sinceritatis et veritatis“ cibos (cf. 1 Cor. 5, 8).

Hieronymi Comm. in Aggaeum, Cap. I, vers. 3 (Migne, PL. 25, Col. 1393).

. . . ad id quod dixerat populus: „nondum tempus domus Domini aedificandae“ profertur Domini . . . responsio et dicitur ad eos: „Ergone tempus est, ut vos habitetis in domibus deorsum sitis et in convalle positis, et mea domus, quae in monte est, deserta erit? . . . Omne tempus, quo habitatio vallis eligitur vel servimus deliciis, importunum est . . . Omne enim tempus in quo non virtutibus, sed vitiis deservimus, perit et quasi non fuerit, reputatur in nihilum. Si quis ergo de nobis vel in convalle habitat vel in voluptate et luxuria saeculari suam contignat domum, iste templum Deo non aedificat nec habet Dominus in eo ubi caput suum reclinet.

ibid. Cap. I vers. 1 (l. c. col. 1380).

Nec putandum in manu tantum Aggaei prophetae factum esse sermonem Domini; sed quia Aggaeus interpretatur festivus, omnis qui potest festa celebrare, „non in fermento veteri malitiae et nequitiae, sed in azymis sinceritatis et veritatis“ (1 Cor. 5, 8).

[1]) Cf. Grützmacher, Hieronymus II. Berlin 1906, p. 110 sq.; III. Berlin 1908, p. 102 sq.

§ 8. . . . surgite de caelatis et depressis malitia domibus et ascendite in montem scripturarum caelestium et caedite lignum sapientiae, lignum vitae, lignum cognitionis: et dirigite vias vestras, ordinate actus vestros, ut habeant ordinem suum debitum, qui necessarius et utilis est ad aedificandam Domini domum (Agg. 1, 8).

ibid. Cap. I vers. 8 (l. c. Col. 1396).

. . . ascendere de domibus concavis in montem, ut cum pervenerimus ad montis altitudinem, in quo necessaria ad aedificationem templi Dei ligna sunt, de omni scripturae sacrae monte, in quo varia virtutum et paradisi ligna plantata sunt, praecidamus ea et aedificemus templum Domini operibus bonis et dogmatibus veritatis.

§ 9. Nam si non fueritis, „nec caelum dabit rorem suum“ (ibid. 10), id est sermo caelestis, qui sicut ros descendit super fenum, non temperabit fervidos corporalium motus passionum, nec ignita restinguet diversarum spicula cupiditatum: „nec terra eius“, id est anima „fructus dabit“; eo quod arescat, nisi repleatur irriguo verbi Dei et perfundatur rore caelesti, spiritalis ubertate gratiae.

ibid. Cap. I vers. 10 (l. c. Col. 1397).

. . . et descendit, non de aere, in quo multiplex volitat aquilarum . . . numerus, sed de coelo, ut si cuius anima ardet perturbationibus et iaculo diaboli vulnerata est, refrigeretur hoc rore et aestus suos temperet. Quo retento terra quoque non affert germen suum. Neque enim sine rore Christi potest ulla anima afferre frumenta.

§ 10. Ipse est Zorobabel iugis redundantia, utpote fons vitae et Verbum Dei, „per quod omnia et ex quo omnia et omnia in ipso“ (Col. 1, 16. 17). Haec dicit redundantia: „Si quis sitit, veniat ad me et bibat“ (Io. 7, 37) hoc est profluvium indeficientis meatus. Profluvium quoque nocturnum legimus Zabulon, quod est propheticum: sed iam et ipsum huius fluenti infusione resplenduit, per quod evanuit illud profluvium vanitatis in Iezabel, . . .

ibid. Cap. I vers. 1 (l. c. Col. 1391).

Interpretatur autem [Zorobabel] . . . vel ῥεῦσις παραχειμένη, id est fluxus adiacens, vel ortus in Babylone vel princeps de Babylon. Primae interpretationi fluxus contrarius est, qui significatur in vocabulo Iezabel, id est fluxus vanus . . . Sed et Zabulon fluctus noctis exprimitur. Relinquentes ergo huius mundi vanum et sordidum fluxum atque tenebrosum, sequamur fluxum Iesu, qui nobis expositus est ad bibendum et largissimo fonte se praebet, iuxta illud quod dicitur in evangelio: „Stabat Iesus in templo et clamabat dicens: „Si quis sitit, veniat ad me et bibat““ (Io. 7, 37).

§ 11. . . . Moverat ante haec, cum de Aegypto liberaret populum suum, quando in coelo columna erat ignis, terra inter fluctus, murus in mari, via in aqua, in deserto messis quoti-

ibid. Cap. II vers. 1 sq. (l. c. Col. 1403/4).

. . . Movi terram, quando priori populo tradidi testamentum et in adventu meo caligo, turbo, tenebrae cernebantur. Movi mare Rubrum, quando viam praebui populo transeunti.

diana frugum caelestium multiplicabatur, petra solvebatur in fontes aquarum: sed movit et postea in passione Domini Iesu, quando coelum tenebris obductum, sol refugit, petrae scissae, tumuli aperti, mortui resuscitati, draco victus in fluctibus suis vidit piscatores hominum non solum navigantes in mari, sed etiam ambulantes sine periculo.

§ 12. Desertum quoque motum, quando infructuosus nationum populus messe coepit devotionis et fidei flavescere, et eousque deserti et gentium commotio facta est, ut apostolorum quos direxit ad gentes vocandas tanta esset et tam vehemens praedicatio, ut „in omnem terram" exiret „sonus eorum et in fines orbis terrae verba eorum" (Ps. 18, 5).

Movi aridam vel Aegyptum per plagas cultu Dei vacuam, vel solitudinem, per quam quadraginta annis circumduxi populum. Haec adhuc semel movebo. Quod factum cernimus in adventu Domini Salvatoris. Tempore quippe passionis eius, fugiente sole coelum motum est et tenebrae factae sunt super omnem terram ab hora sexta usque ad horam nonam. Mota est terra et saxa scissa sunt, et sepulcra reserata, motum est mare dracone, qui in eo erat interfectus, mota est et arida infructuosa quondam gentium solitudo. In hoc autem universitatis tremore commotae sunt etiam omnes gentes, quia in omnem terram exivit sonus apostolorum Domini et verba eorum penetraverunt usque ad terminos orbis terrae (Ps. 18, 5).

Epistula 31.

Ambrosius Irenaeo quaerenti, num eos qui ab ipsa pueritia et eos qui iam aetate provectiores crediderint eodem amore Deus prosequatur, respondet. Videtur Ambrosius non pauca ex Origenis in Ioelem commentario petiisse, Hieronymus autem Origenis commentarium contraxisse. Variis enim locis comparatis probare me posse existimo Ambrosium et Hieronymum e communi fonte, id est ex Origene, hausisse.

Ep. 30, 1 affertur Oseas propheta (Os. 2, 19), exemplum eiusdem Oseae ab Hieronymo proponitur. (Comment. in Ioelem Cap. I vers. 8 [Migne PL. 25 Col. 956])

Epistula 30.

§ 2. Et ideo lamentandum praecepit pro ea anima. Nam sicut illis gratulandum et epulandum est, cum quibus sponsus est, ita illi animae lugendum, cui sponsus fuerat ereptus, sicut de apostolis scriptum est in evangelio, quoniam „cum auferetur ab eis sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus" (Mt. 9, 15).

§ 4. Si a prima aetate convenit, nec alterius anima haec videtur ex-

Hieronymus ibid. Cap. I vers. 8 (l. c. Col. 956).

Quamdiu cum hac sponsa sponsus fuerit, non potest ieiunare (Mt. 9, 15) nec plangere nec absentis sponsi desiderium lacrimis indicare. Cum autem ablatus fuerit sponsus ab ea plangit et plorat . . .

Hieronymus ibid.

Si a parva aetate credidit Domino, habet sponsum Dominum virginalem.

perta copulam, sed a principio virginalem fidei suae florem Christo dicavit atque ipsi primis foederata pietatis mysteriis sacros iuvencula cultus recepit; ipsa est Israelitica anima veteris prosapiae ex genere patriarcharum, quae si inoffensum fidei servasset curriculum, magni meriti foret... Sin autem ex Iudaeis sive gentilibus ... ad fidei veritatem transierit ... habebit quidem sponsum sed non virgineum. *(Paulo supra)* παρθενικὸς ... non alius intelligitur nisi Deus, qui in Abraham, Isaac et Iacob despondit sibi virginem sponsam nulla idololatriae sorde maculatam.

Ep. 30, 11 ab Ambrosio Deut. 31, 11 sq. allegorice explicatur; eundem textum affert Hieronymus eodem loco (Col. 956).

Epistula 70.

Interpretatur Ambrosius complures Micheae prophetae versus, Origenem secutus ut ex eis quae apud Hieronymum sunt apparet.

Epistula 70, 4.

„Turris eius squalida erat" quae posita est, ut in Esaiae cantico legimus (Is. 5, 2) in medio florentis vineae. Squalet enim turris, quando vitis arescit et ovis sua errat ...

§ 5. Ad hanc turrim revocatur ovis, quando anima revocatur a lapsu et in illa ove Christi regnum redit, quod est initium, quia ipse est initium et finis (Apc. 22, 13).

Hieronymus Comment. in Michaeam II, Cap. 4 vers. 9 (Migne PL. 25, Col. 1191).

Turrem ... squalentem ... nullam aliam debemus accipere, nisi illam de qua Isaias ait: „Et aedificavi turrim in medio eius" id est „vineae. Vineae autem Domini domus est Israel" (Is. 5, 2) ... Venit autem ad hanc turrim prima potestas sive principatus primus, ille qui dixerat: „Ego sum Alpha et Omega, principium et finis, primus et novissimus" (Apc. 22, 13).

Hieronymus ibid. II, Cap. 5 vers. 2 (l. c. Col. 1197/8).

§ 9. In domo igitur furoris generatus est Christus: et ideo iam non domus furoris, sed domus panis, quia panem recepit eum, qui descendit de coelo (Io. 6, 51). Domus autem furorem videntis est Ephrata, quia illic Herodes, dum Christum requirit, perimi statuit infantulos; unde „Vox in Rama audita est, Rachel plorans filios suos" (Mt. 2, 18; Ier. 31, 15).

Et in utroque nomine significat sacramentum: domus enim panis dicitur, propter panem vivum, qui de coelo descendit (Io. 6, 51). Et Ephrata quod interpretatur furorem videt, propter Herodis insaniam, quia illusus a magis iratus est valde et mittens universos occidit infantes in Bethleem ... et propter plurimum sanguinem audita est vox in excelso, planctus et ululatus Rachel flentis liberos suos (Mt. 2, 18; Ier. 31, 15).

§ 12. Ipsam autem Bethleem esse quae est Ephrata, docet lectio Genesis, ubi ait: „Mortua est autem Rachel etc." (Gen. 35, 19).

Quod autem Bethleem ipsa sit Ephrata, liber Geneseos ostendit, in quo scriptura commemorat: „Mortua est Rachel etc." (Gen. 35, 19).

§ 15. De Iuda quoque tribu esse Bethleem docet lectio in iudicum libro, quia vir ille levita accepit sibi concubinam de Bethleem Iuda, et irata est ei concubina eius et rediit in domum patris sui in Bethleem Iuda (Iud. 19).

Hieronymus ibid. (Col. 1198).

Nihilominus et de libro iudicum hoc ipsum possumus approbare, quod Bethleem in tribu Iuda sit, scriptum est enim: „Et fuit vir levites etc.“ (Iud. 19).

§ 16. Egressus itaque Christus a diebus saeculi, tunc enim nobis incipit saeculum, quando dies salutis et egressus ad currendam viam dedit Israel. „Usque ad tempus parientis“ (Mich. 5, 3). Cui advenit Christus, advenit fecunditas, advenit partus; sicut advenit ecclesiae, quae peperit plures, quam quae filios habebat; et peperit septem, id est legitimos . . .

Hieronymus ibid. II, Cap. 5 vers. 3 (Col. 1198).

„Propterea dabit eos usque ad tempus parientis: pariet, et reliquiae fratrum revertentur ad filios Israel“ (Mich. 5, 3). Quia de Bethleem, quae est Ephrata, egressus est Christus dominator in Israel et egressus eius non eo tantum fuerat tempore, quo visus in carne est, sed ab initio aeternitatis sive ab initio saeculi . . . Cum enim sterilis pepererit septem etc.

§ 17. Ambrosius explanans illud Micheae 5, 5 „Et erit ei pax“, vitam Pauli apostoli narrat quem nihil potuerit separare a caritate Christi (Rom. 8, 35). Eandem prorsus interpretationem Hieronymus proponit (l. c. Cap. 5 vers. 5 Col. 1200).

Epistula 32.

In epistula 32 Ambrosius expressit Origenis in Ieremiam homiliam 17, cui est titulus: *εἰς τὸ „ἐφώνησε πέρδιξ“ μέχρι τοῦ „καὶ ἡμέραν ἀνθρώπου οὐκ ἐπεθύμησα, σὺ ἐπίστασαι“*. Ambrosii epistulam cum Origenis homilia diligentissime contulit Klostermannius [1]). Haec indicasse satis erit.

Epistulas 34, 35, 36, 72 pendere a commentario quem Origenes in S. Pauli epistulam ad Romanos conscripsit, demonstrabo in ephemeride: Biblische Zeitschrift 1910. Fortasse epistulae 74 et 75, quibus loci quidam ex epistula ad Galatas deprompti tractantur, sumptae sunt ex Origenis in epistulam ad Galatas commentario, quo Hieronymus usus est. Quod concluserim ex iis quae habentur Ep. 75, 1. „Etsi sciam quod nihil difficilius sit, quam de apostoli lectione disserere, cum ipse Origenes longe minor sit

[1]) Origenes Werke, Vol. 3, ed. E. Klostermann. Leipzig 1901 p. 143 sq. Klostermann, Die Überlieferung der Jeremias-Homilien des Origenes, Texte und Untersuchungen, N. F. I, 3. Leipzig 1897 p. 57 sq.

in novo quam in vetere testamento." Cur enim Ambrosius Origenis mentionem facit nisi ob eam rationem, quia Origenis commentarius ei praesto esse videtur? Praeterea quae proponuntur Ep. 74, 2—3 consentiunt cum iis quae sunt apud Hieronymum in ep. ad Galatas 3, 24 (Migne PL. 26, 368).

Ex iis quae disputavimus certum iudicium de ratione qua Ambrosius Origenem expresserit, vix fieri potest. Quod ut faciamus, necesse est Ambrosii scripta conferre cum iis praecipue Origenis operibus, quae incorrupta servata sunt. Ambrosium debere multum Origeni in iis quae ad eschatologiam pertinent, egregie demonstravit Niederhuberus (Die Eschatologie des hl. Ambrosius. Paderborn 1907. Cf. Theol. Revue 1909 Col. 309 sq.). Plura proponenda sunt ab eo qui data opera in rationem qua Ambrosius a Philone pendeat, inquisiverit omniaque eius opera examinaverit.

4. De onomastico quo usus est Ambrosius.

Certum est Ambrosii temporibus in usu fuisse onomastica sacra, libros dico qui nominum propriorum, quae in libris utriusque testamenti erant, explicationem continebant. De qua re satis est Hieronymi afferre testimonium, qui in praefatione libri interpretationis hebraicorum nominum haec scripsit: „Philo, vir disertissimus Iudaeorum, Origenis quoque testimonio comprobatur edidisse librum hebraicorum nominum“ [1]), quod Philonis onomasticum auxit Origenes ut ex eiusdem Hieronymi testimonio apparet. „Origenes inter cetera ingenii sui praeclara monumenta etiam in hoc laboravit, ut quod Philo quasi Iudaeus omiserat, hic ut Christianus impleret“ [2]). Quaestio est, num Ambrosius tali usus sit onomastico; Wendlandius quidquam certum de hac quaestione constituere noluit. „Cum interpretationes nominum hebraicorum“, inquit vir doctus [3]), „saepius repetantur a Philone, inveniantur etiam apud alios praeter Ambrosium auctores ecclesiasticos, adhuc plane incertum est, quem quisque posteriorum fontem adierit, Philonem an Origenem an onomasticum quoddam. Et si quis videatur Philonem legisse, fere dubium est, quem potissimum eorum locorum, quibus eadem interpretatio invenitur, respexerit. Haec igitur tota materia melius ita tractabitur, ut ex auctoribus ecclesiasticis et ex codicibus, quidquid traditum est de interpretationibus nominum colligatur et sic opus utilissimum, a Lagardio incohatum consummetur.“ Ita vir doctus, cuius sententiae, si Ambrosium respicio, adstipulari non possum; propter has enim, quae sequuntur, rationes, credendum esse censeo Ambrosium adhibuisse onomasticum.

---

[1]) Lagarde, Onomastica sacra. Göttingen 1870 p. 1.

[2]) Ibidem p. 2. Negat Bardenhewerus (Altkirchl. Literatur, II, Freiburg 1903 p. 148) Origenem composuisse primum onomasticum christianum. Sed non est cur de Hieronymi testimonio dubitemus. Iure Grützmacherus (Hieronymus II, Berlin 1906 p. 57): „Wir haben keinen Grund, diese Angaben des Hieronymus zu bezweifeln, da sie durch das Onomasticon ihre Bestätigung empfangen.“

[3]) Philonis Alexandrini opera, Vol. 3, ed. P. Wendland. Berolini 1898 p. XIII.

Consideremus quidem epistolae 27 paragraphum 4. Vidimus in hac epistula Ambrosium Philonis de fuga et inventione librum compilasse, tamen nominibus Lia et Rachel adiecisse interpretationem quae libro Philonis non continetur. „Denique", inquit Ambrosius Ep. 27, 4, „sanctae illae tali coniugio Lia et Rachel, una laboriosa, altera aspiratio fortis, refugientes non generis necessitudinem sed morum discrepantiam, cum viri exerciti Iacob sermone edoctae essent, quod vellet discedere, responderunt." Undenam vir sanctus hanc nominum interpretationem sumpsit? Vix credere possumus eundem consuluisse alium Philonis librum, in quo haec interpretatio nominis invenitur, velut de mutatione nominum § 254 W.: Lia = *ἀναπνεομένη καὶ κοπιῶσα* — atque interpretatio nominis Rachel = „aspiratio fortis" non est quantum scio in Philonis quos habemus libris. Simile quid de ceteris Ambrosii libris est affirmandum. Velut si consideraveris Ambrosii de Iosepho librum, cognosces eundum complures nominum sacrorum explanationes proponere quae variis Philonis scriptis continentur [1]). Iamvero incredibile prorsus est Ambrosium, quotiescumque nomina sacra interpretatur, varios Philonis libros evolvisse, ex quibus data occasione interpretationem alicuius nominis expiscaretur. Neque existimare licet Ambrosium nominum interpretationes memoria tenuisse, tot enim et tam diversa sunt nomina eorumque interpretatio, ut hac sententia quaestionem solvere nequeamus. Denique — id quod sane alicuius ad hanc rem momenti est — Ambrosius ita nominum interpretationes proponit, ut ex onomastico translatae videantur. Ita enim saepius scribit:

Ep. 7, 4. Gomor, id est, mensura vini sicut habet nominis interpretatio.

Ep. 38, 10. Nephthalim abundantia significatur latina interpretatione vel dilatatio.

Ep. 63, 77. Choreb omne cor vel quasi cor dicitur, Bersabee quoque putens septimi aut iuramenti latina interpretatio est.

De patr. 5, 29 (p. 141, 8 Sch.) Sidonii, qui venatores scelerum nuncupabantur, ut interpretatio docet.

Onomasticum quo usus est Ambrosius graece videtur conscriptum fuisse. Hieronymus enim qui Origenis onomasticum vertit circa annos p. Chr. n. 386—391 [2]). testatus est, se primo

[1]) S. Ambrosii opera. Corpus script. lat. XXXII, 2. Vindobonae 1897, Praefatio p. XVII.

[2]) Cf. Grützmacher, Hieronymus I. Berlin 1901 p. 101.

onomasticum graecum vertisse in linguam latinam. Iam proponam interpretationes nominum sacrorum, quas ex epistulis Ambrosii collegi; adiungo quotiescumque eadem interpretatio in Hieronymi onomastico (p. 1—81 ed. Lagarde) vel in onomasticis graecis ab eodem Lagardio editis invenitur. Scio equidem non semel Ambrosium interpretationes nominum apud auctores quos compilavit et invenisse et exscripsisse, id quod praecipue in epistulis quibus Origenem imitatus est, cognoscitur; nihilominus omnes nominum interpretationes, quae in epistulis occurrunt, proponere utile existimavi.

Abigaea = ros paternae gratiae Ep. 31, 5. Hier. 34, 22 (Lag.); Onom. graec. 185, 92 (Lag.).

Aggaeus = epulans Ep. 30, 7. Hier. 52, 22 L.; On. gr. 173, 67 L.

Amorrhaei = exasperantes Ep. 41, 25. Hier. 2, 22 L.; On. gr. 174, 96 L.

Bathuel = sapientia Ep. 19, 2.

Bersabee = puteus septimi aut iuramenti Ep. 63, 67. Hier. 3, 20 L.: Bersabee puteus satietatis vel puteus septimi.

Bethania = domus oboeditionis Ep. 71, 6. Hier. 60, 26 L.; On. gr. 175, 8 L.

Bethlehem = domus panis Ep. 70, 9. On. gr. 173, 57 L.

Chanaan = humilitas Ep. 55, 5 (cf. Ambr. de Ioseph 119, 17 Sch.). Hier. 4, 14 L.; Cf. On. gr. 200, 11 L.

Choreb = cor Ep. 63, 77.

Chorath = intellectus Ep. 63, 77 (cf. Ambr. de fuga saec. 190, 19 Sch.).

Ephraem = fecunditas fidei Ep. 71, 6. Hier. 6, 25 L.; On. gr. 164, 67 L.

Ephrata = domus furorem videntis Ep. 70, 9; = fecundata, repleta fructibus Ep. 70, 10. Hier. 48, 17 L.; On. gr. 164, 67.

Euphrates = iustitia Ep. 27, 15 Cf. p. 7.

Gomor = mensura vini Ep. 7, 4. Hier. 13, 9 L.; Cf. On. gr. 189, 2.

Iacob = exercitatio Ep. 27, 9. Cf. Philonis de fuga et inv. libr. § 4 (p. 111, 4 W.).

Iaphet = latitudo Ep. 55, 3. Hier. 7, 11 L.; On. gr. 177, 72 L.

Iezabel = profluvium vanitatis Ep. 30, 10; = effusio vanitatis Ep. 63, 79. Hier. 42, 11 L.; On. gr. 168, 46 L.

Isaac = iucunditas Ep. 27, 17. Hier. 7, 15 L.; On. gr. 177, 77 L.

Lia = laboriosa Ep. 27, 4. Hier. 8, 7 L.; On. gr. 194, 48.

Melchisedech = rex pacis, rex iustitiae Ep. 63, 49. Hier. 9, 1 L.; On. gr. 178, 84 L.

Micheas = quis a Deo Ep. 70, 3; = quis iste Ep. 70, 3. Altera interpretatio est apud Hier. 51, 31 L.; in onomastico graeco scriptum est *Μιχαίας τίς ὡς κύριος* 195, 82 L.

Morathus = heres. Ep. 70, 3. Hier. 54, 24 L.; On. gr. 195, 74 L.

Nabal = insipiens Ep. 31, 7. Hier. 36, 12 L.; On. gr. 195, 89 L.

Nephthalim = abundantia vel dilatatio Ep. 38, 10. Hier. 14, 10 L.; On. gr. 172, 52 L. referunt posteriorem tantum Ambrosii interpretationem.

Rachel = aspiratio fortis Ep. 27, 4. On. gr. 174, 94 L.

Rebecca = patientia Ep. 63, 100. Hier. 9, 23 L.; On. gr. 179, 26 L.
Salpha = umbra oris Ep. 76, 6. Ambr. Exh. virg. 6, 37.
Satan = contrarius Ep. 32, 3. Hier. 20, 17 L.; On. gr. 176, 54 L.
Sehon = superbus Ep. 41, 25.
Sem = nomen Ep. 55, 4. Hier. 10, 13 L.
Sichima = humerus Ep. 27, 17. Ambr. de patr. 130, 20 Sch. Hier. 10, 22 L.
Sunamitis = pacifica, *εἰρηνική* Ep. 30, 15. On. gr. 204, 41 L.
Tigris = fortitudo. Cf. p. 7.
Zabulon = iugis redundantia Ep. 30, 10; = profluvium nocturnum Ep. 30, 10. Hier. 11, 29 L.; On. gr. 164, 72 L.

De nonnullis auctoribus quorum doctrinam Ambrosius in epistulis refutavit, notam adiungere licebit.

Epistulae 42 et 63 sunt de erroribus Ioviniani contra quem Hieronymus quoque duobus disputavit libris. Tractavit de Ioviniani sententiis in his epistulis conspicuis Hallerus in libro cui est titulus: *Iovinianus, die Fragmente seiner Schriften, die Quellen zu seiner Geschichte, sein Leben und seine Lehre.* Leipzig 1897 (Texte und Untersuchungen, N. F. 2, 2) p. 72—87. Ep. 63 ob eam quoque rationem studium nostrum excitat quia Ambrosius operam dat, ut Epicuri scholaeque Epicureae doctrinam refellat. Locos qui ad Epicureorum doctrinam pertinent, collegit Usenerus (Epicurea, Lipsiae 1887).

Ep. 63, 13 = Fragm. 385[a] (p. 356, 6 Us.).
17 = Sent. X (p. 73, 10—19 Us.).
19 = Epicuri ep. 3 § 132 (p. 64, 12 Us.).
= Epicuri ep. 3 § 130 (p. 63, 19 Us.).
= Fragm. 181 (p. 346, 19 Us.).
= Fragm. 476[a] (p. 357, 14 Us.).

5. De Ambrosio scriptorum et poetarum ethnicorum imitatore.

Scimus in scholis Ambrosii tempore delectum quendam scriptorum et poetarum discipulis propositum esse, ita quidem, ut maxime Vergilius, Sallustius, Cicero, Terentius, minus Plautus, Horatius, Persius, Lucanus legerentur [1]). Huius studii non pauca vestigia in Ambrosii scriptis inveniuntur. Namque illis praecipue locis, quibus ornate dicere studet, orationi suae verbis poetarum vel scriptorum, qui ut exempla elocutionis considerabantur, nitorem addere solet.

a. De Sallustio.

Ambrosium Sallustium imitatum esse inter viros doctos constat [2]). Consentaneum est, in iis libris quibus de rebus bellicis sermo est, numerum imitationum maiorem esse — itaque in Hegesippi, qui dicitur, de bello Iudaico libris, quos Ambrosii esse iam diximus, maior est copia imitationum Sallustianarum. Suspicandum ergo est, in epistulis 6 et 19, quas historiam bellorum intestinorum et pugnarum, descriptionem consuetudinum et morum continere vidimus, Ambrosium Sallustium sibi imitandum proposuisse. Re vera non solum locos integros ex Sallustii libris excerpsit, sed ubique horum librorum tactu orationem quasi colorari videbimus. Hos locos Ambrosius ex Sallustio expressit:

Ep. 6, 2 natura editioris loci. Cf. Sall. frg. I, 140 Maurenbrecher.
6, 3 exardescebat magis magisque . . . immane quantum exaestuabat. Sall. frg. II, 44 M. (p. 66 Ihm).
6, 7 nihil pensum ac moderatum habentes. Cat. 12, 2 (p. 64 Ihm).
6, 11 consilia pacis bello mutata. Cat. 58, 14 (p. 65 Ihm).
6, 13 ingenio loci et subsidio naturae. Sall. frg. III, 28 M. (p. 66 Ihm).
6, 14 belli finis simul atque irae factus. Iug. 5, 5 (p. 65 Ihm).
19, 10 egregia facinora. Iug. 2, 2.
19, 14 locus laetus pabuli herboso gramine vinetis consitus. Sall. frg. II, 83 M. (p. 66 Ihm).
19, 30 Calvi ratus. Sall. frg. III, 109.

[1]) Cf. Kroll, de Symmachi studiis graecis et latinis. Vratislaviae 1892 p. 23.
[2]) Cf. quae disputavit M. Ihm, Studia Ambrosiana p. 64—66.

Praeterea seligit verba rariora a Sallustio usitata velut:

Ep. 6, 6 adventare (Iug. 28, 1. 99, 1); iuxta ac (Cat. 37, 8; 85, 33).
6, 10. 19, 18 ultionem capessere (Sall. frg. III 84 M.).
6, 19 defensare (Iug. 97, 9).
19, 19 tempestas = tempus (Cat. 53, 5).

Sallustius in deliciis habet, coniungere genitivum substantivi cum neutro singulari vel plurali adiectivi [1]). Eodem modo Ambrosius:

Ep. 6, 8 incentivum libidinis.
6, 14 editum praeruptarum rupium.
6, 5 tenebrarum ambigua.
19, 19 munitionis praerupta arduaque.

Ceterum haec dicendi ratio Ambrosio familiaris est [2]).

Insolentius nonnulla adiectiva Sallustium secutus [3]) cum genitivo iunxit Ambrosius.

Ep. 6, 5 laetus animi.
6, 11 promptus animi (frg. II, 91 M.).
19, 16 territa animi.
19, 21 vacui facinoris (Iug. 90, 1).
19, 27 degener notae fortitudinis.
19, 28 validus consilii etc.

More Sallustii [4]) orationem variavit:

Ep. 6, 7 capti eius decore et per senectutem hospitis.
6, 16 partim prece, partim retorquendo.
19, 23 neglegens sacrificii, assumptor gloriae.

Ut Sallustius copulam omittens brevitati orationis studuit: Ep. 6, 6. 11. 12. 14. 15.

Ep. 19, 14 „Comes nullus, telum in manibus haudquaquam suppeditabat; cedere pudor et conscia virtus fiduciam dare.“ Crederes Sallustium ipsum hoc scripsisse! Cf. 19, 9; 30, 32.

Non raro forma perfecti in erere exeunte, quam Sallustius [5]) in deliciis habebat, usus est velut Ep. 6, 10. 12. 13. Ep. 19, 9. 13. 16. 18. 19. 20.

---

[1]) Cf. Stolz-Schmalz, Lat. Grammatik [3]. München 1900 p. 434. Badstübner, De Sallustii genere dicendi commentatio. Berolini 1863 p. 24.

[2]) Cf. Steier, Untersuchungen über die Echtheit der Hymnen des Ambrosius, Jahrb. kl. Phil. Leipzig 1903 p. 641/2.

[3]) Cf. Badstübner l. c. p. 27.

[4]) Cf. Badstübner l. c. p. 31.

[5]) Exempla collegit Langhammer, Berl. phil. Wochenschr. 1908 Col. 1550.

Infinitivus historicus a Sallustio sescenties adhibitus [1]) occurrit Ep. 19, 14. 16. 28.

Formam verbi esse „foret“ quam in Ambrosii libris non inveniri Rönschius [2]) putabat, Ambrosius Sallustium imitatus [3]) frequentavit, Ep. 19, 13. 16. 24. 28.

b. De Cicerone.

Nemo est qui nesciat magni fecisse Ambrosium Ciceronis libros, quorum cum sententias tum elegantiam est admiratus [4]). Cum de officiis ministrorum libros componeret, Ciceronis de officiis libros imitandos sibi proposuit; in ceteris scriptis ubique, imprimis si ad elocutionem mentem adverteris, Ciceronis imitatio conspicitur. Exempla nonnulla a Cicerone petita collegit Ihmius [5]).

Ambrosius Ep. 4, 1. Quasi quodam tui alloquii puleio refotus.

Ep. 2, 28. Nervi enim sunt et quidam artus sapientiae, non temere credere.

Ep. 39, 3. Nempe de Bononiensi veniens urbe a tergo Claternam, ipsam Bononiam, Mutinam, Rhegium derelinquebas, in dextera erat Brixillum, a fronte occurrebat Placentia, veterem nobilitatem ipso adhuc nomine sonans, ad laevam Apennini inculta miseratus et florentissimorum quondam populorum castella considerabas atque affectu relegebas dolenti. Tot igitur semirutarum urbium cadavera, terrarumque sub eodem conspectu exposita funera non te admonent, unius . . . feminae decessionem consolabiliorem habendam.

Ep. 28, 3. Tenebrisque et parietinis animae ruinosus.

Cic. Ep. ad. fam. 16, 23. 2. Puleio mihi sermonis utendum est (Ihm p. 82).

Q. Cic. de pet. cons. 10. Nervos atque artus sapientiae esse, non temere credere.

Sulp. ad Cic.; ad fam. 4, 5. 4. Ex Asia rediens, cum ab Aegina Megaram versus navigarem, coepi regiones circumcirca prospicere: post me erat Aegina, ante me Megara, dextra Piraeus, sinistra Corinthus; quae oppida quodam tempore florentissima fuerunt, nunc prostata ac diruta aute oculos iacent. Coepi egomet mecum sic cogitare: „hem! nos homunculi indignamur, si quis nostrum interiit aut occisus est, quorum vita brevior esse debet, cum uno loco tot oppidum cadavera proiecta iacent?“ (Imitationem iam observavit Nannius, Migne PL. 16 Col. 1099c.)

Cic. Ep. ad fam. 4, 3. 2. In tantis tenebris et quasi parietinis rei publicae.

---

[1]) Cf. Braun, Beiträge zur Statistik des Sprachgebrauchs Sallusts. Düsseldorf 1885 p. 16.

[2]) Collectanea philologica. Bremen 1891 p. 57.

[3]) Cf. Langhammer l. c. Col. 1550.

[4]) Egregie Zielinski, Cicero im Wandel der Jahrhunderte [2]. Leipzig 1908 p. 130 sq.

[5]) Studia Ambrosiana p. 82 nota 4.

Ep. 34, 1. Ambrosius diversas de natura animae sententias proponit (Cf. De Noe 25, 92 [p. 478, 4 sq. Sch.], De Isaac vel anima 2, 4 [p. 644, 23 sq. Sch.]).	Cf. Cic. disp. Tusc. I, 19 sq. Tertullianus de anima 5. Diels, Doxographi graeci 212 sq.
Ep. 48, 1. Non erit longi subsellii ista iudicatio et mora, ut dictum est antiquitus.	Cic. ad fam. 3, 9. 2. Longi subsellii, ut noster Pompeius appellat, iudicatio et mora (Iam a Maurinis observatum, Migne l. c. Col. 1151c).
Ep. 49, 1. Numquam enim minus solus sum, quam cum solus esse videor: nec minus otiosus, quam cum otiosus.	Cic. de off. III, 1. Nunquam se minus otiosum esse quam cum otiosus, nec minus solum, quam cum solus esset (Cf. Migne l. c. Col. 1154e).

c. De Vergilio.

De Ambrosio Vergilii imitatore Ihmius tertio capite commentationis, quam saepe laudavimus, erudite disputavit [1]). Qui ex epistulis exscripsit 38 locos quos e Vergilii carminibus Ambrosius deprompsit. Quem numerum imitationum aliquot exemplis augere possum:

Ambrosius:	Vergilius:
Ep. 30, 6 in spelaea ferarum sese receptant. 39, 1 inter ferarum diversaris spelaea.	Ecl. 10, 52 inter spelaea ferarum.
Ep. 6, 5 obscuro noctis . . . satis opportuno.	Georg. 1, 478 visa sub obscurum noctis.
Ep. 38, 6 thesauro incubans. Cf. de Iacob (45, 13 Sch.) defosso auro incubant.	Georg. 2, 507 defossoque incubat auro.
Ep. 27, 1 illi aratro terram invertebant.	Georg. 3, 525/6 quid vomere terras invertisse gravis?
Ep. 6, 6 sed tecti hospitio prohiberentur.	Aen. 1, 540 hospitio prohibemur arenae.
Ep. 44, 4 si necessitas partus claustra laxaverit.	Aen. 2, 259 laxat claustra Sinon.
Ep. 6, 15 integras aevi iuxta ac pudoris puellas. 53, 3 hunc ergo non doleam, aevi integrum?	Aen. 2, 638 vos o, quibus integer aevi sanguis.
Ep. 6, 4 moras innectendo . . . deessent causae morandi.	Aen. 4, 51 causasque innecte morandi.
Ep. 63, 102 vastisque plerumque horret cautibus.	Aen. 4, 366 duris genuit te cautibus horrens Caucasus.
Ep. 2, 1 elementa fragore resultant.	Aen. 5, 150 colles clamore resultant.

[1]) Studia Ambrosiana p. 80 sq.

Ep. 2, 20 animi furens interpellat. — Aen. 5, 202 namque furens animi dum proram . . . suburget.

Ep. 15, 3 et plaudens alis atque remigiis spiritualibus. — Aen. 5, 515/6 et alis plaudentem . . . columbam.

Ep. 6, 5 festino viam celerabant gradu. — Aen. 5, 609 viam celerans . . . decurrit.

Ep. 29, 1 renovatis alarum remigiis alta petere non reformidet. — Aen. 6, 18/19 sacravit remigium alarum.

Ep. 6, 5 vario mulieris ac vernaculi sermone viam levaret. — Aen. 8, 309 varioque viam sermone levabat.

Ep. 22, 12 sanguine tumulus madet. — Aen. 12, 691 sanguine terra madet.

De Plauto, Terentio, Lucretio, Horatio perpauca dicenda sunt.

1. A Plauto (Truc. v. 1 „Non omnis aetas ad perdiscendum sat est“) videtur Ambrosius petivisse id quod scriptum est Ep. 18, 7 „Quia nulla aetas ad perdiscendum sera est“ (Ihm, Stud. Ambr. p. 82 nota 22).

2. Terentio Ambrosius debet illud Ep. 81, 2 „quasi aliter exercere sumptum non queant“ (Ter. Heaut. v. 143 „faciundo facile sumptum exercirent suam“ cf. Ihm l. c. p. 82 nota 23). Ostendit Landgrafius [1]) Ambrosium cum codice Bembino legisse „exercerent“, cum in aliis libris inveniatur „exercirent“, quod hodie ab editoribus iure recipitur.

3. Lucretium Ambrosius imitatur Ep. 18, 30 „omitto pastorales casas auro degeneri renidentes“. In Maurinorum quidem editione impressum esse invenio „renitentes“, sed cum in textu aperta sit Lucretii imitatio (De rerum natura 2, 27 „Nec domus argento fulgenti auroque renidet“) dubium non est, quin scribendum sit „renidentes“.

4. Ab Horatio, quem non semel expressit Ambrosius [2]), haec orationis ornamenta petita esse videntur:

Ep. 31, 1 perfidiae obsoleta sordibus. Hor. Carm. 2, 10, 5 obsoleti sordibus tecti. Epod. 17, 46 O nec paternis obsoleta sordibus.

Ep. 63, 21 Nonne isti dispares, discolores videntur? Hor. Ep. 1, 18, 3 dispar erit atque discolor.

De epistulis 17 et 18 scriptis contra Symmachum, praefectum urbis, fusius me alibi disputaturum esse spero.

[1]) Archiv. XII, 467.

[2]) S. Ambrosii op. etc. XXXII, 2 p. XIX.

Vita.

Natus sum Guilelmus Wilbrand Monasterii Guestfalorum die 22. mensis Iulii anno proximi saeculi LXXX patre Bernardo, matre Sophia de gente Zurstrassen, quibus gaudeo superstitibus. Fidei addictus sum catholicae. Postquam per novem annos patriae urbis gymnasium Paulinum frequentavi, maturitatis testimonium consecutus sum anno pr. s. XCIX. Ut studio iuris civilis operam darem, adii per sex menses universitatem Lausanniensem, deinde Romae in Collegio Germanico studiis philosophicis et theologicis me dedi. Sacerdotio anno 1905 initiatus, aestate sequentis anni in patriam redii, ubi per tres annos theologicis et philologicis studiis in alma matre Monasteriensi operam navavi. Praeceptores mihi fuerunt: Cauer, Diekamp, Dörholt, Engelkemper, Fell †, Hüls, Koch, Kroll, Pieper †, Radermacher (nunc Vindobonensis), Seeck, Sonnenburg, Streitberg (nunc Monacensis), quibus omnibus gratias ago, praecipue Sonnenburgio, qui summa benevolentia studia mea adiuvit.

UNIVERSITY OF ILLINOIS-URBANA
871A195.YW C001
S. AMBROSIUS QUOS AUCTORES QUAEQUE EXEMP
3 0112 023658518